



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatum Serie Vigesimo-Octavo De Matrimoniis, &
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

Disputatio II. De Matrimonij essentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76659)

conditio, merito obligatur soluere profecturo expensas, si quas in parando itinere fecit; quippe non in sui fauorem, sed in fauorem dantis pecuniam supponentur factae. Secus vero est in sponsalibus, in quibus aequalis est utriusque sponsi conditio, uterque enim iuste resiliere potest impedimento apposito, vel religionis ingressu. Non igitur ex vi iuris positui vnus alteri obligatur expensas soluere. Ex natura autem contractus haec obligatio non inferitur necessario, siquidem potest fieri absque eo quod vnus alteri ad praedictas expensas obligetur, quinimo sic videtur fieri, dum haec obligatio non exprimitur, & ius liberè resiliendi cuiuslibet est concessum. Et per haec sic satis oppositae rationi.

PUNCTVM XXXIV.

Qualiter puella in loco tuto constituenda sit, cum ab alio exigitur pro sponsa?

- 1 Quoties est timor alicuius violentiae, si in domo parentum existat puella, debet iudex eam in loco tuto constituere.
- 2 Ibi constituta examinanda est interposito iuramento de fide data.
- 3 Examinata puella, si nubere velit vno contentente, statim ei tradenda est, secus si negauit fidem datam.
- 4 Idem est dicendum, si in potestate matris, vel tutoris existat.

1. **P**restigi exigi à duobus simul contententibus de fide data, vel ab vno tantum. In vtroque casu si probabilis sit timor alicuius violentiae, si puella in domo parentum, seu consanguineorum commoretur, potest, & debet iudex Ecclesiasticus eam in loco tuto, vt in Monasterio Monialium, vel alia domo constituere, quia ad ipsum pertinet, ne damnum innocenti inferatur, neque matrimonia coadè fiant, sicuti habetur cap. cum locum. 1. 4. de sponsalibus. & tradit ibi Abbas, Praepositus. & Doctores communiter.

2. Constituta puella in eo loco examinanda est à Iudice interposito iuramento de fide data cuiusque ex illis duobus viris fidem dederit? factaque illius declaratione non statim illi viro tradenda est, tamenque velis, sed concedendum est alteri colliganti tempus probandi prius sibi fidem datam esse, & iuxta illius probationem causa decidenda est, interim tamen permanere debet puella in eo loco, vt colligitur ex dicto cap. cum locum; ibi: Facias puellam de cuius matrimonio queritur in domo, in qua nihil eam timere oporteat honeste teneri, donec praedicta causa terminata fuerit, & sententia sine contradictione cuiusque valeat executioni mandari, & notauit Gutierrez de matr. cap. 37. post. med. vers. rursus num. 3.

3. Quod si vnus tantum contentens, sitque probabilis timor violentiae, vel ab ipso, eiusque consanguineis, vel à puellae parentibus: constituta in loco tuto, neminique suspecto examinanda est, cuiusque liber consensus explorandus. Quo explorato si nubere velit contententi statim absque vlla mora iudex Ecclesiasticus sumptaria informatione nullum inter ipsos impedimentum adesse, eos coniungat, vel coniungi faciat. Verum si ipsa fidem assertam negauerit, remanere debet in deposito, quousque sententia ferenda sine contradictione cuiusque executioni mandari possit, iuxta praedictum Textum cum locum. Probabile tamen est (vt inquit Gutierrez. dicto cap. 37. num. 3. circa finem.) reddi posse parentibus interim dum his agitur, & exactior sponsalium probatio sit, & imposito illis praepcepto sub censura, sumptisque fideiussoribus idoneis competentis poenae pecuniariae soluendae, ne durante lite alteri puella nubat, neque ex illo loco exhibi, cuius decreti Parochi illius loci monendi sunt, & sub censuris, aliisque poenis astringendi, ne contra faciant.

4. Ob eandem causam, si mater legitima tutrix filiam impuberem alicui in matrimonium promiserit, remouenda est ab eius consortio, & in loco tuto collocanda, quousque pubes facta liberum consensum de matrimonio contrahendo praestet, quia existens sub potestate matris tutricis praesumpti potest coadè consenturaci, cui à matre promissa est. Sic Paul. de Castro, conf. 127. volum. 1. Couaruu. 4. de reat. al. 2. part. cap. 3. §. 6. num. 2. Gutierrez. dicto cap. 37. vers. in tertio casu.

Qui censent ob praedictam causam non esse matrem à tutela remouendam, tamen ab educatione filiae remoueat.

DISPUTATIO II.

De matrimonij essentia.

PUNCTVM I.

Vnde dicatur matrimonium: Et quid sit?

- 1 Vnde dicatur matrimonium?
- 2 Matrimonium multipliciter sumitur. Et eius definitio propria expenditur.
- 3 Satisfit obiectioni, Et declaratur, qualiter Beatissima Virgo matrimonium contraxerit?
- 4 Triplex est matrimonium.
- 5 Quo tempore matrimonium est institutum in ratione contractus?
- 6 Quo tempore in ratione Sacramenti, Et à quo fuerit institutum?
- 7 Matrimonium Sacramentum virtutem habet conferendi gratiam ex opere operato.

MATRIMONIUM dicitur teste Aug. lib. 19. contra Faustum, c. 26. & Aulo Gellio lib. 18. c. 6. quia foemina nubit, vt mater efficiatur, Vocatur connubiū, seu nuptia; quia virgo quasi sub obtrectu, & velatur cum nubit in signum subiectionis viro, & erubescencia, iuxta illud Gen. 20. Hec erit in velamen oculorum ad omnes qui tecum sunt. Fateor tamen nuptias potius solemnitate, & celebritate contractus coniugalis, quam ipsum coniugium, significare, vt dixit Velembeg. in para. tit. de ritu nuptiar. num. 1. Denique appellatur coniugium, quia duos in carne vna coniungit. Quod si roges, quare matrimonium potius à matre nomen accepit? Plures congruentias adducit Nicol. Motius de matr. in princ. num. 1. duae mihi videntur potissimae. Prima, quia prolis, ad quam matrimonium dirigitur mater certa parens est. leg. §. ff. de in ius vocando, cum tamen largè pater incertus sit. leg. filium ff. de his qui sunt sui, vel alien. iuris. Secunda, quia foemina in matrimonio grauius onus sustinet, quippe prolem in vtero, & extra vterum sua lublstantia alit, donec per se quodammodo stare possit.

2. Deinde matrimonium aliquando sumitur pro iplo contractu, quo sponsi sibi inuicem mutuum in corpora potestatem concedunt ad matrimonij vsum, frequentius tamen pro ipsa potestate, & sic sumptum communiter definitur. *Coniunctio maritalis viri, & foeminae inter legitimas personas in diuina vna, consuetudinem retinens, vt colligitur ex Modestino leg. 1. ff. de ritu nuptiar. §. 1. in stir. de patria potest. cap. illud, in fine de praesumpt. & in summa 17. q. 2. leg. regia. tit. 1. part. 4. & tradunt omnes Doctores apud Couaruu. in 4. de reat. 2. part. in princ. num. 1. Matien. leg. 5. compilat. in Rub. tit. 1. num. 1. Thom. Sanch. lib. 2. de matr. disp. 1. n. 1. Bassi. Ponce lib. 1. de matr. cap. 2. Dicitur Coniunctio maritalis, quia ex mutua traditione manent coniuges vniti, & ligati, & quasi vnum effici. Viri, & foeminae, vt exprimitur persona coniungendae, quae debent esse legitimae, hoc est nullo impedimento astrictae. *Individuam vnae consuetudinem retinens, id est insolubile: in quo matrimonio ab aliis contractibus longè differt, qui mutuo consensu celebrati mutuo consensu dissoluantur, non sic matrimonium ex Diuina institutione: tum vt proles apertius generetur, & educetur: tum vt coniunctio Christi cum Ecclesia significetur.**

Verum quia praedictus contractus à Christo Domino in Sacramentum eleuatus est, sic placet Toledo lib. 7. sum. cap. 5. esse definiendum, vt sit contractus viri, & foeminae legitimus quo mutua corporum potestas traditur gratiae spiritualis collatae consentit Gregor. de Valen. 4. de disp. 10. quast. 1. part. 1. Bassi. Ponce lib. 1. de matr. cap. 2. num. 10.

3. Quod si obiecias. Beatissima Virgo voto castitatis astricta teste August. lib. de virginis. cap. 4. ex Diuino mandato (aliter enim non poterat) matrimonium contraxit cum Ioseph, Matth. 1. Lucae. 2. cui tamen non viderit in sui corpus potestatem ad copulam concessisse: ergo de essentia matrimonij non est haec potestas. Respondeo cum Gratiano in cap. beata 27. q. 2. Beatissimam Virginem concessisse Ioseph praedictam potestatem, sed quia Diuino Spiritu secuta erat ea potestatem nunquam fore vsurum, potuit matrimonium contrahere; quia de essentia matrimonij non est generatio, sed potestas ad generandum, & consequenter neque consensus in generationem, sed in illius potestatem. Quod si iterum obiecias, saepe coniuges non possunt sibi mutuo petere, nec reddere debitum, vt contingit cum confirmato matrimonio ex communi consensu professionem in religione approbata emittunt, & tamen matrimonij perseverant. Ergo matrimonij non est potestas ad vsum generationis. Respondeo negando consequentiam, quia vere potestatem habent tamen extrinsecè impedi

PUNCTVM II.

Quæ matrimonia sint Sacramentum?

- 1 Post Christi institutionem matrimonium à fidelibus contrahitur est Sacramentum.
- 2 Affirmant aliqui matrimonium fidelium non solum in fieri, sed in facto esse verum Sacramentum.
- 3 Verius est in facto esse verum Sacramenti rationem non habere, & satis obiecti.
- 4 Aliqui affirmant posse fideles matrimonium contrahere, quia Sacramentum suscipiant.
- 5 Verior est opposita sententia.
- 6 Soluuntur rationes contrariæ.
- 7 Negant aliqui matrimonium fidelium per procuratorem contrahi esse Sacramentum.
- 8 Oppositum tenendum est.
- 9 Satis fundamentis oppositis.
- 10 Affirmat Sorus fidelem baptizatum contrahentem cum infideli suscipere verum Sacramentum.
- 11 Oppositum certum est.
- 12 Satis rationi contraria.
- 13 Communis sententia defendit utroque coniuge infideli ad fidem conuerso eorum matrimonium suscepto baptismum fieri Sacramentum.
- 14 Verius existimo nunquam Sacramentum effici.

1. **T**amet si matrimonia legis naturæ, & scripturæ sint Sacramentum latè & minus propriè, quatenus erant signa coniunctionis Dei cum homine per gratiam, ut colligitur ex cap. gaudemus de Diuortijs, cap. de bigamis, & tradit Leo epist. 92. ad Rusticum, Augusti lib. 2. de nupt. cap. 2. t. Ar cum virtutem non haberent sanctificandi coniuges ante Christi institutionem; ea de causa propriè Sacramentum non debent nuncupari. Post institutionem verò Christi illud solum matrimonium Sacramentum est, quod est à fidelibus, hoc est à baptizatis susceptum; nam cum baptismus ianua sit, & necessaria dispositio ex Diuina institutione ad reliqua omnia Sacramenta suscipienda; nequit vllus qui baptizatus non sit Sacramentum matrimonij suscipere, tamen in matrimonium copuletur. Neque obstat, quod Innocent. III. in cap. veniens de clerico non baptizato dixerit non baptizatum suscipere posse matrimonium, & Eucharistiam: id enim intelligi debet de susceptione matrimonij in ratione contractus, & de susceptione Eucharistiæ materiali non formali. Præterquam quod ibi Innocent. non definiendo, sed dubitando ea verba protulit, sicuti aduertit Rebell. lib. 2. de matr. q. 3. n. 16. Basil. Ponce, lib. 1. cap. 6. n. 5.

2. **S**ed, An ipsum matrimonium fidelium non solum in fieri, sed in facto esse sit verum Sacramentum? nonnulla est difficultas. Affirmant esse Bellarm. lib. 1. de matr. cap. 6. Sanch. lib. 2. disp. 5. num. 7. Ferdinand. Rebell. lib. 2. de matr. q. 4. Paul. Laym. lib. 5. tract. 10. 2. part. cap. 2. num. 4. Ducuntur quia celebrato matrimonio coniuges inter se perpetuò vniuntur, & copulati significant vniionem Christi cum Ecclesia, vel Verbi cum Natura Humana. Quinimo matrimonium in fieri hanc vniionem significare non potest, cum citò transeat. Nec mirum hoc esse debet, cum Eucharistia non tantum in fieri, sed in facto esse Sacramentum sit.

3. **C**æterum omnino dicendum est matrimonium in facto esse verum, & propriam Sacramenti rationem non habere. Nam Sacramentum à Christo institutum est signum prætium gratiæ sanctificantis, id est, quod suo vfu ex opere operato suscipientem sanctificet, ut dixit Conci. Florentin. in decreto Eugeny, & colligitur ex Trident. sess. 7. per totam. At coniuges vlu matrimonij non sanctificantur ex opere operato, ut ferè omnes Doctores contendunt. Ergo matrimonium in facto esse Sacramentum, propriè non est: sic docuit Coninch. disp. 24. dub. 2. num. 11.

Neque obstat, quod matrimonium in facto esse significet vniionem Christi cum Ecclesia, quia id solum probat esse Sacramentum, sumpto Sacramento latè pro signo rei sacræ diuinitus instituto, non tamen probat esse propriè Sacramentum, quatenus est signum prætium gratiæ; hoc enim habet matrimonium, quatenus fit, non quatenus factum est. Secus est de Eucharistia, quæ quatenus fit non Sacramentum, sed sacrificium est, facta verò Sacramentum est, quia suo vfu ex opere operato suscipientem sanctificat.

4. **P**osito autem contractum ipsum matrimonij à fidelibus factum Sacramentum esse. Dubium est primum, An possint fideles matrimonium contrahere, quin Sacramentum suscipiant? Affirmant Ferdinand. Rebell. de oblig. 2. part. lib. 2. q. 5. concl. 1. Vazq. t. 2. in 3. p. disp. 138. c. 5. Basil. Ponce, lib. 1. cap. 9. num. 3. Galpar Hartado, lib. de matr. disp. 3. difficult. 19. Mouentur, quia neque ex Conciliis, neque ex Patribus, aut Sacra Scriptura constat Christum Dominum ita coniunxisse Sacramentum contractui matrimonij fidelium, quin ipsi

impeditam ob castitatis votum, sicuti si à Superiore ob aliquas causas esset illis copula prohibita, prohibitio non tollit potestatem, esse vlium impediatur. Quare sic impediti peccarent contra Superiors præceptum, vel votum, sed non contra iustitiam, cum re propria vterentur, est enim accessus ad suam non ad alienam.

4. **T**riplex est matrimonium, legitimum, ratum, & consummatum. Legitimum est, quia secundum leges fit, seu legitimum consensu contrahitur, quod commune est omni matrimonio, tam in lege naturæ, quam gratiæ. Ratum appellatur, quia Sacramento fidei, scilicet baptismi signatur, sicuti definiuit Innocent. III. cap. quanto de Diuortijs ibi. Nam esse matrimonium verum inter infideles existat, non tamen est ratum, inter fideles autem verum, & ratum existit matrimonium, quia Sacramentum fidei, quod semel est admissum nunquam auincitur, sed ratum efficit coniugij Sacramentum, ut iam ex coniugij illo durante perduret. Consummatum verò nuncupatur, quia copula subsequente consummatur, & perficitur, sicuti venditio traditione rei venditæ. Præterquam quod matrimonium legitimum fauore fidei solui potest, cum alter ad fidem conuertitur alio tenente, ratum verò professione ad fidem conuertitur alio tenente, ratum verò professione legitimum, ac consummatum nunquam dissoluitur, ideòque ex Innoc. III. in e. debitum, de Bigamis, & Eugenio IV. in decreto est. Florent. Concilij colligitur matrimonium triplicem significacionem habere, significat enim pr. mo quatenus est legitimum contractus coniunctionem Dei cum anima fidei per gratiam. Secundo quatenus, est Sacramentum signat coniunctionem Christi cum tota Ecclesia per baptismum. Tertio quatenus est Sacramentum consummarum coniunctionem denotat hypostaticam Verbi Diuini cum Humana natura, quæ omni ex parte insolubilis est, sicut matrimonium consummatum.

5. **Q**uando autem matrimonium institutum sit tam in ratione contractus, quam Sacramenti non satis constat. Probabilius est in ratione contractus, & in officium naturæ institutum esse, cum à Deo fuerint Adamus, & Eua creati; nam eo ipso illis fuit concessum posse matrimonium contrahere, & sibi inuicem potestatem in corporis vsum concedere, sicuti tradit Adrian. in 4. quest. 1. de matr. s. quoad primum. Petr. de Ledem. de matr. quest. 1. art. 1. dub. 1. Gab. Vazq. disp. 1. de matr. cap. 1. Basil. Ponce. lib. 1. cap. 3. à num. 3. & colligitur ex capitulo naturæ dicitur. Vt autem nostri parentes eam potestatem, quam ex ipsa natura habebant ad executionem redderent præceptum illis Deus imposuit Genes. 1. cum dixit Crescite, & multiplicamini, quod præceptum executi sunt Genes. 2. cum Adam dixit Eua, Hoc nunc os est ossibus meis, & caro de carne mea. &c. Quibus verbis credibile est ex parte Eue alia familia correspondisse siquæ vtriusque consensum declaratum esse. Contraxerunt igitur matrimonium ante peccatum in officium naturæ, hoc est in generis humani propagationem, post peccatum verò illemet contractus, qui antea solum erat in officium naturæ, fuit in remedium concupiscentiæ. Non hoc præceptum non fuit latum absolute, & indifferenter pro omni tempore, sed pro tempore, quo adfuerit necessitas generis humanum propagandi. Cum ergo genus humanum in præsentis latet propagatum sit, cessat huius præcepti obligatio abique prædicti præcepti reuocatione, ut optime aduertit Petr. de Ledem. à quest. 1. art. 1. dub. 1. Basil. Ponce lib. 1. de matr. cap. 4. num. 8.

6. **I**n ratione Sacramenti certum de fide est à Christo Domino esse institutum, ut expressè definitur à Concilio Florentino sub Eugenio IV. in decreto fidei post vltimam sessionem, & à Trident. sess. 24. cap. vlt. & pluribus exornant D. Thom. 2. 2. quest. 100. art. 2. & in 4. d. 26. quest. 2. art. 2. in corp. Rebell. de obligat. instit. lib. 2. de matr. q. 3. Couaruu. 4. decret. 2. p. c. 1. v. vnioco num. 3. Bellarmin. de matr. lib. 1. c. 2. Sanch. lib. 2. disp. 4. Gab. Vazq. disp. 2. de matr. cap. 4. Basil. Ponce lib. 1. cap. 1. per totum. Coninch. disp. 2. dub. 2. numero 14. Paul. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. 2. p. cap. 2.

Quando autem Christus matrimonium in Sacramentum eleuaerit incertum est, probabilis est eius inseparrabilitatem præcepit, & commendauit Matth. 19. dicens: Quod Deus coniunxit homo non separet. Sicuti iudicauit Trident. sess. 24. in prin. Loquens de huius Sacramenti institutione, & tradit aliis relatis Sanch. lib. 2. de matr. disp. 4. Paul. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. 2. part. cap. 2. num. 1. Basil. Ponce, lib. 1. cap. 6. Quare cum Ioan. 2. non Sacramentum instituit, sed institutum approbant.

7. **E**x his inferitur eam virtutem matrimonium Sacramentum habere, quæ omnibus Sacramentis nouæ legis inest, scilicet conferre gratiam ex opere operato dignè suscipientibus, ut colligitur ex Triid. sess. 7. can. 6. & 7. & dicitur sess. 24. in prin. An autem existenti in peccato mortali, & bona fide existimanti se contritum esse, cum tamen solum attritus sit primam gratiam conferat, piè credendum ex Dei benignitate. Cum receptum apud Doctores sit Sacramentum suos conferre effectus non ponentibus obiectionem. Hic autem qui inuincibiliter in mortali accedit, obiectionem non est censendus apponere.

fideles possent contractum à Sacramento separare. Nam esto contractus ita sit essentialis Sacramento matrimonij, ut nequeat Sacramentum esse, quin sit legitimus contractus, quia est eius materia, & format contractui ea Sacramenti necessitas non videtur essentialis, sicuti non est essentialis ablutioni, & prolationi verborum Baptismi esse Sacramentum, cum consistere possit absque Sacramento ex defectu solum intentionis. Neque item hæc coniunctio constat ex communi sensu Doctorum, siquidem plures antiqui docuerunt matrimonia clandestina fidelium esse legitima in ratione contractus, sed non in ratione Sacramenti, & multo plures matrimonium inter absentes, per epistolam, vel per procuratorem celebratum etiam post Trident. esse legitimum in vi contractus, eare tamen Sacramenti ratione. Ergo absque fundamento negatur fideles separare non posse contractum matrimonij à Sacramento. Secundò, quia contractus matrimonij valere reputandus est, dum iure non inveniatur irritus: at nullibi reperitur irritus contractus fidelium absque intentione Sacramenti, quinimo ex *cap. fin. de conditionib. apposit. contrarium colligitur*, siquidem ibi conditiones turpes, & impossibiles à matrimonij contractu reiciuntur. Ergo illa conditio, quod ille contractus matrimonium non sit, vtpote turpis, & impossibilis pro non adiecia habenda est. Tertio fauet huic sententiæ praxis Inquisitorum, Iudicum, & communis sensus Ecclesiæ: matrimonia enim illorum fidelium, qui ad ludicium deficiunt, vera esse reputantur, cum tamen constet non contraxisse animo faciendi, quod facit Ecclesia, cum id potius irrideant, & ob eam causam secreto prius contrahunt, & postmodum in Ecclesia se fingunt more Catholicorum contrahere.

5. Nihilominus longè verior est sententia negans posse fideles baptizatos verum matrimonium contrahere, & non Sacramentum, sic Petr. de Ledelm. *de matr. q. 42. art. 1. dub. 7. in solut. ad 1. q. 2. Sanch. lib. 2. de matr. disp. 10. num. 6. Coninch. disp. 24. dub. 6. concl. 4.* Ratio ea est, quia Christus Dominus contractum matrimoniale fidelium in Sacramentum eleuauit. Ergo fideles intendentes verum matrimonialem contractum inire, consequenter intendunt Sacramentum constituere, quia hoc ex diuina institutione habetur, neque possunt vnã intentionem ab alia sciungere. Et confirmo, tota essentia matrimonij Sacramenti consistit in legitimo fidelium contractu, quo sibi inuicem corpora ad coniugalem vsum tradunt. Ergo fideles intendentes celebrare prædictum contractum, necessariò intendunt celebrare matrimonium Sacramentum. Secundò Trident. & Florent. Concil. expresse definiunt matrimonia fidelium Sacramentum esse, sed hæc est vniuersalis, & indefinita definitio. Ergo omnia matrimonia fidelium comprehendit, ergo nequit dari verum matrimonium fidelium, quòd Sacramentum non sit. Tertio prædicta matrimonia sunt omnino insolubilia, non solum quia susceptione baptisimi solui non possunt, sed quia significat coniunctionem Christi cum Ecclesia, Verbig; Diuini cum natura Humana; sed hanc significationem sola matrimonia Sacramenta habent iuxta illud Pauli ad Ephes. 5. *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* Ergo nullum est matrimonium fidelium, quòd Sacramentum non sit. Quarto ex opposita sententia duo non leuia inconuenientia inferuntur: Primum, matrimonia quæ olim clandestinè celebrabantur, non esse vera Sacramenta, cum tamen Concilium, *sess. 24. c. 1. de reform. ca. rata appellauerit*, quo nomine sola matrimonia Sacramenta nuncupantur. Sequelam probò, quia sic contrahentes solum contractum civilem intendebant efficere, non tamen Sacramentum, quippe si huius intentionem haberent, non ita irreuerenter contraherent. Secundum, & præcipuum inconueniens est, licitum esse fidelibus matrimonia celebrare in ratione contractus, & non in ratione Sacramenti, siquidem nulla lex Diuina, neque Humana ostendi potest, quæ eos astringat ad vtrumque coniungendum, si verè separari hæc rationes possunt.

6. Neque oppositæ rationes vrgent. Ad primam constat ex dictis constare inquam ex Florent. & Trident. Christum Dominum fidelium contractui rationem Sacramenti annexisse. Secunda probaret, matrimonium illud non solum esse verum in vi contractus, sed etiam in ratione Sacramenti: nam conditiones turpes, & impossibiles æquè à Sacramento matrimonij, sicuti à contractu reiciuntur. Quapropter dicendum est, si contrahentes ita vellent inire matrimonium, vt nullo modo Sacramentum suscipere intendant, neutrum efficiunt, ut si efficaciter, & absolute volunt matrimonium inire; nolunt tamen Sacramentum suscipere, quia errore ducti existimant matrimonium à Sacramento separari posse, verum Sacramentum suscipiunt, quia illa voluntas non suscipiendi Sacramentum inefficax est stante voluntate absoluta, & efficaciter celebrandi matrimonij contractum, cui annexitur ex Christi institutione Sacramentum. Ad tertium similiter respondeo, matrimonia illorum verè esse Sacramenta, quia verè, & absolute intendunt facere, quòd Ecclesia requirit, vt Sacramentum matrimonij consistat, nempe

intendant sibi inuicem corpora ad vsum coniugalem tribuere, quòd est ab Ecclesia pro Sacramento matrimonij requisitum, ceteris ea non præstitit, vt Ecclesiæ Catholicæ continentur.

7. Secundò dubitatur, An matrimonium fidelium per nuntium, vel epistolam, vel procuratorem celebratum sit verum Sacramentum? Supponimus ex *infra* dicendis verum matrimonium inter absentes celebrari posse, solum in præsentibus bitamus, an sit verum Sacramentum? Negant esse Canus *lib. 8. de locis Theolog. c. 5. ad 3. & in relect. de penit. p. 5. Bassolis in 4. d. 27. q. 1. art. 1. Caict. in opus. de matr. quest. 3. Victor in sum. n. 244. Viquer. in institutionib. Theologor. c. 16. §. 7. ver. 4. Martin. Ledelm. 2. part. 4. quest. 44. art. 4. probabilem iudicant Petr. Ledelm. *de matr. quest. 42. art. 1. difficult. 7. concl. 1.* Ferdinand. Rebell. *de obligat. iuris. 2. part. lib. 2. quest. 5. concl. 1.* Ducuntur primò, quia verba videntur necessaria in quolibet Sacramento, cum Concil. Florentinum dixerit omnia Sacramenta constare rebus tanquam materia, & verbis tanquam forma, at inter absentes verba intercedere non possunt. Secundo nullum aliud Sacramentum medio nuntio, epistola, aut procuratore celebrari potest. Ergo neque matrimonium. Tertio ministratio Sacramenti, illi uel suscipio debet esse ab homine libero, & in statu gratiæ existente; at si medio procuratore, nuntio, vel epistola matrimonium celebrari potest, ministratio Sacramenti, illi uel suscipio sæpe fiet ab homine ebrio, dormiente, vel amente, & in peccato existente. Non igitur est concedenda ratio Sacramenti prædicto matrimonio.*

8. Communior tamen sententia, eaque verissima affirmat matrimonium per procuratorem, nuntium, vel epistolam celebratum à baptizatis verum Sacramentum esse, sicuti docuit Innocent. in *cap. iuuenis de sponsalib. num. 5. Quarum. 2. de matr. cap. 1. §. unico, num. 5. Nauarr. in cap. fratres de penit. d. 5. n. 49. Gregor. de Valen. 4. d. disp. 10. quest. 1. p. 6. in solut. ad 4. Sanch. lib. 2. disp. 11. num. 27. Bellarm. lib. 1. de matr. cap. 5. ad 1. Henr. lib. 11. cap. 2. num. 2. Basil. Ponce, lib. 1. cap. 10. num. 5. Gouier. *de matr. cap. 3. num. 8. Coninch. disp. 24. dub. 2. concl. 5. num. 23.* & alij plures apud ipsos. Ratio est, quia vt supra probauimus, fideles optime possunt per nuntium, epistolam, vel procuratorem matrimonium contrahere. At quodlibet matrimonium fidelium declarauit Trident. *sess. 24. cap. 1.* esse Sacramentum, quòd vllam fecit exceptionem. Ergo prædictum matrimonium est verum Sacramentum. Et confirmatur, quia Christus Dominus naturam contractus non immutauit, sed verum, & legitimum contractum ad esse Sacramenti eleuauit, sed per procuratorem verus contractus matrimonij celebrari potest, ergo verum Sacramentum constituit. Præterea quociens de huius contractus valore lis agitur, non lex secularis, sed Ecclesiastica cognoscit: ita prædictum matrimonium Sacramentum non esset, sed solum civile contractus, nulla esset causa, ob quam ad Iudicem secularem eius cognitio non pertinere. Ergo signum est Ecclesiam matrimonium consensu sentire prædictum matrimonium Sacramentum esse.*

9. Rationes in contrarium leuissimæ sunt. Prima probaret matum non posse matrimonium inire, siquidem nequit verba proferre. Quare dicendum esse eum Conc. Flor. dixit omnia Sacramenta constare verbis, matrimonium excipendum est, vt placuit Paludan. in 4. d. 27. quest. 2. art. 3. concl. 1. vel si matrimonium comprehendit, id intelligi debet verbis formalibus, vel æquivalentibus, vel denique intelligendum est regulariter non præcisè, vt colligitur manifestè ex ipsomet Concilio dicente, causam efficientem matrimonij esse motum consensum regulariter per verba expressum. Ad secundum neganda est consequentia, quia quodlibet Sacramentum celebratur iuxta ipsius naturam. Cum ergo matrimonij natura sit in contractu, qui medio procuratore sæpe fit, Sacramentum matrimonij eodem modo celebrari potest. Ad tertium nego esse necessarium, vt suscipiens Sacramentum actualem habeat libertatem, sufficere illa habuerit, vt contingit in eo, qui dormiens baptizatur, eo quòd antea baptismum petierit. Concedo tamen ad ministrandum Sacramentum, quòd per propriam personam ministrandum est oportere ministrum actuali libertate gaudere. At cum Sacramentum matrimonij ministrari possit per interpositam personam, ea de causa non requiritur, vt actualem libertatem habeat, cum de facto ministratur. At vt dignè prædictum Sacramentum suscipiatur, debet non procurator, sed ille cuius nomine matrimonium contrahitur in gratia esse eo tempore, quo probabiliter credit matrimonium à suo procuratore celebrandum esse.

10. Tertio dubitatur, An fidelis baptizatus contrahens ex dispensatione Pontificis cum infideli suscipiat verum Sacramentum? Affirmat Sotus in 4. d. 26. quest. 2. art. 3. in fin. Lessius *Hom. 7. de Sacram.* Moueri possunt, quia fidelis verè contrahit, sed contractum fidelium eleuauit Christus in Sacramentum. Ergo ille contractus ex parte fidelis Sacramentum est, & forte ob hanc causam dixit Paul. 1. Corinth. 7.

Quæ sit materia, & forma Sacramenti matrimonij?

- 1. Referuntur varia sententia.
- 2. Consensus utriusque contrahentis est materia, & forma.
- 3. Quod intelligendum est tam in ratione contractus, quam Sacramenti.

Varia sententia de hac re referuntur à Thom. Sanch. lib. 2. disp. 5. per totam. Breviter colligam, & quæ mihi probabiliores videntur subiiciam. Prima est Can. lib. 8. de locis cap. 5. in solut. ad 3. asserentis verba contrahentium esse materiam, formam verò verba sacerdotis. Sed est improbabilis sententia; aliàs sequeretur matrimonia clandestina olim Sacramenta non fuisse contra Tridentin. sess. 24. cap. 1. de reform. & matrimonium celebratum coram testibus, & Parocho nulla verba profertent Sacramentum non esse. Secunda est Glossæ in cap. Tuo de Sponsalib. verbo, nec forma. & Abbat. ibi num. 10. Præposit. in fine Alexand. de Nevo. num. 25. Sylvest. verbo Matrimonium 1. quest. 1. Nauart. cap. 2. numero 20. Gregor. de Valent. tom. 4. disputat. 10. quest. 1. part. 6. Rebell. lib. 2. quest. 4. sect. 3. & aliorum consensum contrahentium esse materiam; verba autem, quibus ille consensus exprimitur esse formam, quia consensus verbis informatur. Sed hæc sententia facile refellitur, nam si sanatur consensus ut distinctus à verbis, seu à signis, quibus exprimitur, & declaratur, ut necessario sumi debet, na materia cum forma confundatur est omnino insensibilis; At materia contractus humani, & politici in se esse integrè, & totaliter in ensibilis. Ergo. Neque obest, quod in Sacramento præterita contritio sit materia proxima, quia non est integra, sed verbis, vel signis expressa. Præterea verba non determinant consensum, sed illum declarant; siquidem neque amplius, neque minus significans quàm id quod consensu interiori significabatur. Tertia sententia e contra procedit asserens verba esse materiam, eo quod consensus perficiat verba, quæ secluso consensu nullius essent momenti; sic docuit Maior in 4. d. 26. quest. 1. Sed hæc sententia eisdem rationibus, ac præcedens reiicienda est. Neque obest, quod verba absque consensu nullius sint momenti, nam etiam consensus absque verbis nihil prodest, inde enim tantum inferitur utrumque esse necessarium. Quarta sententia est Richardi in 4. d. 26. art. 4. quest. 1. Ales. in sum. lib. 3. tit. 7. art. 1. quest. 3. Angeli, verb. Matrimonium, v. num. 2. Victor. in sum. de mar. n. 245, & probabilem reputat Henric. lib. 11. cap. 2. casu quo successit verba à contrahentibus profertantur. Sed omnino displicet hic modus dicendi, quippe non designat materiam determinatam, sed arbitrio contrahentium relinquit, & præterea non constituit materiam pro eo casu quo simul ab utroque contrahente verba profertantur. Quinta sententia, quæ veritati proximior est asserit mutuos consensu verbis expressos sibi inuicem esse materiam; & formam sub diuersa consideratione, quatenus enim corporum traditionem continent, sunt materia, quatenus verò illorum acceptionem significant sunt forma. Nam cum in quolibet contracta sit traditio, & acceptatio, & traditio inefficax sit, quousque acceptatione compleatur, & perficiatur, merito contractus prout traditionem significat, rationem materiat determinabilis habere debet; & rationem formæ prout acceptionem denotat. Sic Sotus in 4. dist. 26. quest. 2. art. 1. Francisc. Suar. r. 7. de Sacram. disputa. 2. sect. 1. Bellarm. lib. 1. de matrim. cap. 6. Thom. Sanch. lib. 2. disp. 5. m. 6. Alexand. Pefano, in addit. ad 3. p. q. 42. art. 1. dist. 2. Coninch. disp. 24. dub. 3. concl. 1. num. 3. Gutier. de matrim. cap. 41. num. 1. circa finem, & alij apud ipsos. Sed huic sententia obstat, quia contractus si attentè consideretur non constat ex acceptatione, & traditione rei, sed illum habet pro obiecto formaliter autem, & intrinsecè in mutuo consensu verbis, seu signis expresso consistit, quippe ex mutuo hoc consensu oritur traditio, & acceptatio tanquam illius effectus, & fortè ob hanc rationem Florentin. Concil. in decreto Eugenij dixit causam efficientem matrimonij regulariter esse mutuum consensum per verba de presenti expressum, aperte indicans nihil aliud præter consensum expressum matrimonij essentiam constituere. Præterea ex supradicta sententia non satis explicari potest, qualiter hoc Sacramentum, sicut & reliqua perficiatur verbis tanquam forma, & rebus ut materia, siquidem traditioni, & acceptationi, quæ ex consensu, verbis, seu signis expresso fit, verba continere non possunt. Deinde non satis distingui possunt verba à rebus, & e contra, quod Concil. expressè voluit distinguere, definiens omnia Sacramenta perfici verbis tanquam forma, & rebus ut materia.

2. Quapropter est sexta sententia verior, & probabilior asserens consensus utriusque contrahentis verbis, seu signis expressos esse formam, tam in ratione contractus, quam Sacra

verum infidelem sanctificatum esse per mulierem fidelem. Et e contra.

11. Nihilominus certa sententia est prædictum contrarium Sacramentum non esse; vt bene alijs relatis docuerunt Sanch. lib. 2. disp. 8. num. 2. Gutier. de matrim. cap. 42. num. 4. Gab. Valq. de matrim. disp. 2. cap. 4. num. 10. & cap. 10. num. 113. Coninch. disp. 24. dub. 2. concl. 6. num. 24. Basil. Ponce, lib. 1. cap. 6. num. 7. Ratio est manifesta, quia Sacramentum matrimonij vnicum, & indissolubile est, sicut est vnicus, & indissolubilis contractus virum, & feminam efficiens: at secundum omnes non afficit infideles: ergo neque fidelem afficere potest. Neque est vllum inconueniens, quod vnicus, & indissolubile accideus morale sit in duobus subiectis, si inter se ad vnum referuntur, vt patet in potestate Capituli, quæ vnica, & indissolubilis ita singulis communicatur, vt dependenter ab alijs communicetur.

12. Ad rationem in contrarium respondeo fidelem in eo casu verè contrahere: nego tamen illum contractum esse fidelem simpliciter, cum etiam sit infidelis. Christus autem Dominus illum contractum ad esse Sacramenti eleuauit, qui absolute, & simpliciter contractus fidelis est. Neque Paul. 1. Corinth. 7. dixit Virum infidelem sanctificatum esse per mulierem fidelem, ex eo quod mulieris fidelis matrimonium sit Sacramentum, sed ex eo quod eius conuerfio separatur infidelem virum conuertendum, & sanctificandum esse.

13. Quod dubitatur, An cum vterque coniux infidelis ad fidem conuertitur suscepto baptismo eorum matrimonium Sacramentum efficiatur? Communior sententia affirmat, vt videre est ex pluribus, quos refert, & sequitur Sanch. lib. 2. disp. 9. num. 5. Rebell. lib. 2. de matr. quest. 6. concl. 1. Bellarm. lib. 1. cap. 5. in fine & cap. 15. Paul. Layman. lib. 5. tractat. 10. 2. part. cap. 3. num. 6. Gutier. de matr. cap. 42. m. 5. Mouentur ex eo quod matrimonium antea solubile baptismo fit ratum, & insolubile, & coniunctionem Christi cum Ecclesia significat: ergo est Sacramentum. Dixerunt autem prædicti Doctores: nam Sanch. Gutier. & alij censent ex eo quod infideles baptizentur abique alio nouo consensu Sacramentum effici. Alij, vt Bellarm. & Paul. Laym. requirunt nouum consensum, seu antiqui approbationem signis, nubus, copulæ maritali.

14. Nihilominus vetius existimo nunquam Sacramentum effici, quæ est sententia Gab. Valq. 2. tit. in 3. part. dist. 138. cap. 1. & 4. disputa. 2. de matr. cap. 10. Egid. de Coninch. disputa. 24. dub. 2. conclus. 7. Basil. Ponce, lib. 1. cap. 9. numero 8. Mouent, quia infideles ad fidem conuersi in eodem vinculo matrimonij quo antea altingebantur, perseverant, sine denuo consensu, sine d. licentia, quia neque ex d. licentia vinculum diminuitur, neque consensu augetur, ergo ex nouo consensu non potest matrimonium effici. Secundo Sacramentum matrimonij tunc est, quando baptizati sibi inuicem corpora tradunt ad coniugalem vsum: at infideles fideles facti, renouantque consensum non sibi inuicem corpora tradunt, quia sunt tradita, (solum enim possunt traditionem factam approbare, at approbatio traditionis non est traditio, neque nouus contractus matrimonij, ergo nequit esse Sacramentum; aliàs quoties fideles contractum prius factum approbant, nouum Sacramentum matrimonij suscipiunt, quod est absurdum. Quod si dicas ea approbatione ab infidelibus denuo baptizatis facta contractum priorem reddi ratum, & insolubilem, & coniunctionem Christi cum Ecclesia significare, cum tamen antea non esset, ergo est verum Sacramentum. Obstat, quia prædictus contractus (seu vt melius dicam) vinculum ex dicto contractu relicto non fit ratum, & insolubile ex eo quod à denuo baptizatis approbetur, sed ex eo quod cesset baptismo suscepto causa ob quam dissolui poterat; quippe solum ob suspensionem baptismi dissolui poterat alio reuente conuerti. Præterea fideles consummantes matrimonium reddunt contractum omnino insolubilem, representantemque vniorem Verbi Diuini cum natura Humana, quam insolubilitatem, & representationem ante consummationem non habebat, sed ingressu religionis, vel dispensatione Pontificis solui poterat, & tamen non obinde fideles consummantes matrimonium, denuo Sacramentum suscipiunt, quia denuo non sibi corpora tradunt, nec denuo contrahunt, sed corpore tradito videntur, & contractum factum perficiunt, sic à fortiori infideles fideles facti suorum consensuum approbatione matrimonium Sacramentum efficere non possunt, quia non efficiunt nouum contractum, sed antea factum approbant, & baptismo perficiunt. Et ex his fit satis fundamentum communis sententia.

Sacramenti, traditionem verò, & acceptationem corporum esse materiam proximam, remotam verò corpora: materiam inquam non ex qua contractus coalescat, sed circa quam contractus versetur, & qua ipse contractus perficiatur, ideòque Concil. Florentin. notanter dixit omnia sacramenta *perfici* rebus tanquam materia, & verbis ut forma: tacite indicans non esse necessarium quòd intrinsecè rebus, vel verbis consistat, aliàs dixisset *constare, non perferi*: Et exemplum est manifestum in Eucharistia, in qua à Conc. Florent. panis, & vinum sunt assignata pro materia, & verba consecrationis pro forma, cum tamen neque ex consecrationis verbis, neque ex pane, & vino intrinsecè coalescat Eucharistia, sed ex speciebus Sacramentalibus, & ex Christo Domino, sit matrimonij materia esse potest mutua traditio, & acceptio corporum, non ex quibus matrimonij contractus consistit, sed circa quas versetur, & quas ut obiectum respiciat, & efficiat. Mouet ad hunc modum dicendi, quia est aptior reliquis ad explicandam materiam, & formam Sacramenti matrimonij, & qualiter ipsam sicut reliqua Sacramenta rebus tanquam materia, & verbis tanquam forma perficitur, siquidem verbis experimentibus consensus perficitur ut forma, traditione, & acceptatione corporum tanquam materia. Et præterea quia hac via convenit matrimonium cum reliquis aliis contractibus, quorum forma est consensus expressus ipsorum contrahentium: materia est, quam prædictus consensus respicit, & circa quam versatur: V. g. donatio, emptio, venditio, commodatio, &c. Atque ita docent Paludan. in 4. d. 26. *quæst. 4. art. 3. ad 2. Covarru. 2. part. de matrim. cap. 1. §. unico, num. 8.* Gabr. Vasq. in 3. part. 1. 2. *disp. 129. cap. 3. & disp. 3. de matr. cap. 1.* Paul. Comitoli. 1. part. de contractib. cap. 4. *num. 9.* Basil. Ponce, lib. 1. cap. 7. *m. 12.* Galpar Hurtado *disp. 3. de matr. diff. 21.* Gutier. lib. de matr. c. 41. *n. 1. vers. tertia sententia, & alij apud ipsos præcipuè apud Sanch. disp. 3. num. 4.*

3. Notanter dixi *tam in ratione contractus, quam Sacramenti*, quia eadem est materia, & forma matrimonij prout est contractus, & prout est Sacramentum. Quippè Christus Dominus Sacramentum matrimonij instituit non mutavit contractum, sed contractui matrimoniali immutato Sacramenti rationem annexit, ut docent omnes.

PUNCTUM IV.

Quis sit Sacramenti Matrimonij Minister?

- 1 Melchior Cano affirmat esse Sacerdotem, quatenus est Sacramentum.
- 2 Certissimum est esse ipsos contrahentes.
- 3 Satis rationibus oppositis.
- 4 Cum matrimonium per procuratorem contrahitur, non ipse procurator, sed cum constituens est Minister.

1. Melchior Cano lib. 8. de locis, cap. 5. contendit matrimonij Ministrum, quatenus est Sacramentum esse Sacerdotem, tamen quatenus est contractus sint ipsi contrahentes, adducit in sui favorem plures Doctores, sed ut rectè expendit Vazq. *disp. 3. de matr. cap. 3.* ei non fauent. Probat primò, quia Eugen. IV. in decreto fidei, §. septimum definit omnia Sacramenta verbis tanquam forma perfici. At verba contrahentium necessaria non sunt, cum suppletis signis possint. Ergo affirmandum est verba Sacerdotis necessaria esse, illisque Sacramentum perfici, sicuti alia omnia Sacramenta perficiuntur. Secundo probat, quia matrimonia clandestina ex defectu Sacerdotis præsentis Sacramentum non erant, non enim contrahentes intendebant facere quæ Ecclesia facit. Tertiò actio Sacramentalis est actio sacra, requirit ergo Ministrum sacrum. Quartò contrahentes in peccato non credunt duplex peccatum mortale committere, aliud recipiendo Sacramentum, aliud ministrando, quod necessariò videretur dicendum, si ipsi essent Ministri.

2. Ceterum certissima sententia est Ministrum huius Sacramenti esse ipsos contrahentes, & nullatenus Sacerdotem, neque opinio Cani ullam probabilitatem habet: sic pluribus relatis docet Sanch. lib. 2. *disp. 6. num. 2.* Petr. de Ledesm. de matr. *quæst. 42. art. 1. difficult. 4.* Basil. Ponce, lib. 1. c. 8. *m. 3.* Gutier. c. 41. *num. 2.* & passim omnes. Et sumitur en Florentino Concilio afferente in dicto decreto Eugenij causam efficientem matrimonij regulariter esse mutuum consensum per verba de præsentis expressum, sed mutus consensus expressus regulariter per verba non procedit à Sacerdote, sed ab ipsis contrahentibus, ergo ipsi contrahentes sunt causa efficiens matrimonij, atque adeo Sacramenti. quippe Concil. Florentinum de matrimonio ut Sacramentum est loquebatur, ut confideranti fieri potest manifestum. Præterea colligitur ex Concil. Trident. *sess. 24. cap. 1. de reformat.* irritate matrimonia absque præsentia Parochi, & testium, supponebat ergo prædicta matrimonia vera esse non solum in vi contractus, sed in ratione Sacramenti. Ratio vero est aperta: ille est Minister Sacramenti qui materiam, & formam Sacramenti apponit, &

contrahentes tantum, apponunt formam, & materiam Sacramenti matrimonij, siquidem expriment mutuum consensum de mutua suorum corporum traditione, & acceptatione, in quibus dicitur esse materiam, & formam huius Sacramenti consistere. Et consimio; negari non potest contrahentes esse Ministros matrimonij quatenus est quidam civilis, & naturalis contractus, ergo quatenus est Sacramentum. Quippè Christus Dominus non aliam materiam, aut formam Sacramenti matrimonij instituit præter eam, quæ contractui necessaria erat.

3. Rationes verò pro sententia Cani adductæ nullius sunt momenti. Ad primum respondeo, verba in matrimonio regulariter adesse, tamen signis celebrari possit. Ad secundum vero, matrimonia clandestina Sacramenta non fuisse, fuerunt utiq; ut colligitur ex Conc. Triè. & communi sententia Doctorum. Ad tertium dicimus, actionem Sacramentalem sacram esse, quia est causa Sacramenti, & gratiæ sanctificantis, non quia procedit à Ministro consecrato, aliàs baptizatus collatus à Laico non esset Sacramentum, cum Laicus non sit ad id consecratus. Ad quartum, plures Doctores, quos sequitur Sorus in 4. d. 1. *quæst. 5. art. 6.* Thom. San. h. lib. 2. *disp. 1. numero 4.* Coninch. *disp. 2. d. 2. dub. 3. numero 34.* Gutier. capite 1. numero 3. negant, contrahentes, quatenus sunt Ministri Sacramenti matrimonij peccare saltem mortaliter, eo quòd ad id minus non sint consecrati. Sed rectius Nauar. cap. 1. §. Sacerdos. *num. 10. de penit. disp. 6. in solut. ad 5.* Petr. de Ledesm. de matr. *quæst. 42. art. 3. ad ult.* Gab. Vazq. 2. in 3. *part. 1. 3. capite 3.* Basil. Ponce, lib. 1. cap. 8. *n. 11.* & alij existimant esse peccatum mortale, eo quòd sint Christi instrumentum ad gratiam conferendam: deest autem instrumentum cause principali esse conforme, ut diximus tract. de Sacramentis in gen. p. 5. *num. 11.*

4. Rursus cum Sacramentum matrimonij per procuratorem contrahitur, non procurator est Sacramenti Minister, sed Ministri instrumentum, quippe ipse non pro se contrahit, sed pro eo cuius habet mandatum, & cuius consensus exprimit, ob quam rationem non tenetur in gratia esse, ut bene Basil. Ponce, lib. 1. cap. 10. Vazq. *disputat. 3. de matr. num. 8.* Galpar Hurtado *disp. 3. de matr. difficult. 22. numero 83.*

PUNCTUM V.

De consensu ad matrimonium requisito.

- 1 Consensus contrahentium necessarius est.
- 2 De potentia Dei absoluta potest vinculum, & obligatio matrimonij coniugibus concedi absque eorum consensu.
- 3 Nefarii primi parentes consentiant in matrimonio.
- 4 Trium in matrimonio requiruntur.
- 5 Consensus in mutuum corporum traditionem, obligationemque iustitiam ad copulam coniugalem necessarius est.
- 6 Proponitur obiectio, & se soluit.
- 7 Contrahentem falsò existimantem subesse impedimentum dirimens, aliqui affirmant posse validè consistere.
- 8 Oppositum verius est.
- 9 Satis rationibus num. præced. allatis.

1. Consensum contrahentium necessarium esse ad matrimonium deciditur expressè *cap. sufficit 27. q. 2. cap. cum apud, & cap. cum locum, de sponsalib. & cap. in eisdem tit. & à Conc. Florent. in decreto fidei, §. septimum.* Causa efficiens matrimonij est consensus utriusque contrahentium regulariter per verba de præsentis expressus. Idem colligitur ex Trident. *sess. 24. cap. 1. de reformat.* & traditur omnes. Hoc autem consensus liber esse debet, libertate inquam sufficienti ad peccatum mortale, siquidem causa est translatio dominium proprii corporis, & subeundi grauem obligationem.

2. An verò de potentia Dei absoluta possit matrimonium consistere absque prædicto contrahentium libero consensu Sacramentum est, ut constat ex his quæ refert Petr. de Ledesm. de matr. *quæst. 45. art. 1. dub. 1.* Sanch. lib. 2. *disp. 26. num. 5.* Probabilius tamen est matrimonium sumptum pro vinculo, & obligatione ad cohabitationem mutuum posse à Deo coniugibus absque eorum consensu concedi. Quæ enim respondentia esse potest in eo, quòd Deus suppleat id quòd consensus præstare debebat, tradatque coniugibus mutuo dominium in propria corpora? Certè nulla est. Nam quòd Basil. Ponce, lib. 2. cap. 3. per totum. obicit non posse hoc dominium coniugibus concedi, quin ipsi acceptent, & consequenter absque eorum consensu, quia nihil esse potest proprium alienius eo invito, levis momenti est. Fator namque nihil alicui acquiri absque illius voluntate regulariter, at ex Divina potentia non implicat. Quinimo ex potestate civili posse dominium alicui quæri contra eius voluntatem non videtur impro-

improbabile. Arque ita docent ex communi sententia Petr. de Ledefin. supra concil. 3. Henric. lib. 11. cap. 1. n. 3. Sanch. lib. 2. disp. 2. 6. num. 5. Gutier. de matr. cap. 46. num. 1. Coninch. disp. 2. 4. dub. 5. concl. 1. & 2.

Quinimo aliqui existimant de facto Deum coniunxisse primos nostros parentes absque eorum consensu, indistincteque Christum Math. 19. cum dixit. Quod Deus coniunxit Homo non separet. Sed rectius Thom. Sanch. n. 4. Gutier. n. 1. Coninch. dub. 5. num. 49. & alij oppositum consensu expe- diebat enim primum matrimonium, quod aliorum exemplar fuerat erat proprio consensu contrahi. Neque illa verba Marthæ contrarium probant, cum de omni matrimonio dicta sunt, ut patet ex ipso contextu, & solum indicent Deum excitare coniuges ad contrahendum, eorumque contractum approbare. Illud verò certissimum est nulli humane potestati concedium esse aliquos in matrimonium coniungere absque proprio consensu, quia neque Ecclesia, neque vllus saecularis Princeps dominium in nostra corpora habet maxime ad matrimonium vltim, ut latè probat Thom. Sanch. lib. 2. disp. 2. 7. n. 2. Gutier. dicto cap. 46. num. 3. Coninch. dub. 5. 7. n. 2. Quod si obicitur Textum in cap. is qui scdm de sponsalib. vbi dicitur sponsalia per copulam subsequenter transferri in matrimonium, & Textum in cap. fin. De conditionib. nupt. vbi matrimonium sub conditione impossibili de claram validum esse, cum tamen in his sæpè consensus deficiat. Respondeo prædictos Textus non desinere matrimonium deficiente consensu consistere, contrarium enim dicitur in cap. fin. De sponsa dnorum, sed quia ita vehementer persequuntur consensum adfuisse, ut nullam in contrarium admittant probationem ea de causa declarant prædicta matrimonia valida esse.

4. Grauior autem dabitur est, qualis consensus in matrimonium requiratur, tum vt validè, tum vt licitè fiat? Pro cuius decisione supponendum est tria in matrimonio contracti. Primum est traditio mutua corporum ad coniugalem vltim. Secundum carnalis coniunctio, habitusque mutua, proli generatio, & educatio. Tertium abstinentia ab altero alio concubitu, consensus in hac omnia expressus necessarius non est, an verò debeat virtualis esse superest explicandum.

5. Et quidem consensus in mutuum corporum traditorem obligationemque iustitiae ad coniugalem copulam, & abstinentiam a qualibet alia necessarius est: quia matrimonium consensu contrahentium efficitur, sed in hac traditione, & obligatione essentia matrimonij consistit, ergo consensus necessarius in hanc traditionem, & obligationem ferri debet. Contra verò quia carnalis copula, mutua habitatio, & fidelitatis observatio non sunt de essentia matrimonij, neque illud necessarii, & inevitabiliter consequuntur, ideo necessarium non est, quod coniugum consensus in prædicta feratur. Quinimo licet matrimonium potest quæsumvis coniuges contrarium velint, nempe negare sibi iniucem debitum, mutuum habitationem, & fidelitatem.

6. sed his videtur oblatæ, quia sæpè matrimonium consistit absque obligatione vlla ad copulam, ut contingit quando coniuges mutuo consensu castitatem vouent, vel sibi iniucem promittunt non petiri debitum, ergo consensus in obligationem ad copulam non videtur simpliciter necessarius ad valorem matrimonij. Respondeo ex contractu matrimonij non oriri obligationem iustitiae ad copulam petitam pro omni occasione, & tempore reddendam, sed quoties alius non fuerit impeditus petere. Cum ergo coniuges possint se priuare iure libero petendi vel ex voto, vel ex mutuo consensu, sæpè coniuges excusari possunt ab obligatione reddendi debitum, quia debitum non est, manente tamen obligatione reddendi debitum petiti, quoties alter coniux ex accidenti impeditus nõ fuerit petens, in qua obligatione essentia matrimonij sita est. Ex quo fit necessarium esse ad matrimonium habere consensum in obligationem reddendi debitum petiti, quoties iustè petiti fuerit, non tamen esse necessarium habere consensum in obligationem reddendi actualiter debitum, casu quo iustè non petatur, quia hanc obligationem matrimonium non exigit. Et in his ex parte consentit Sanch. lib. 2. de matr. disp. 2. 9. quest. 2. Gutier. cap. 26. num. 6. expressius Aegid. de Coninch. disp. 2. 4. dub. 4. num. 41. Reb. de instit. 2. part. lib. 2. quest. 10. n. 19. Basil. Ponce, lib. 1. cap. 20. n. 4.

7. Quod si roges, An contrahens falso existimans subesse impedimentum dicitens possit validè in matrimonium consentire? Couaruu. 4. decret. 2. part. cap. 3. §. 7. Sanch. plures referens lib. 2. disp. 3. 3. num. 1. Gutier. cap. 47. num. 1. respondent affirmatiuè. Probant, potest consentire in matrimonium casu quo habilis sit. Cum ergo de facto sit habilis, de facto in matrimonium consentit. Antecedens probatur primò ex cap. vnico de sponsalib. in 6. vbi consanguinei ex errore contrahentes sponsalia, incurrunt impedimentum publicæ honestatis. Ergo validus fuit consensus. Secundo ex Clement. vnica de consanguinit. vbi excommunicatur qui scientes cum consanguineis contrahunt, ergo possunt habere verum consensum. Secundo probant exemplo hæretici, qui firmiter credit baptisum non esse Sacramentum, & tamen validè baptizati, quia baptizati sub conditione si forte sit Sacramentum.

8. Sed rectius Nauarr. cap. 22. num. 56. & Aegid. disp. 2. 4. dub. 6. & plures relati a Sanch. disp. 2. 3. num. 1. negant esse verum matrimonium ex defectu consentus: quippe certò, & absque formidine (vt supponendum est) credens subesse impedimentum, credit matrimonium sibi esse impossibile, sed stante hac falsa cognitione nequit serò velle matrimonium non solum absolute, vt de se constat, & concedunt oppositæ sententiæ Doctores: sed neque sub conditione si possibilis est, quia ad hanc voluntatem debebat credere in aliquo casu possibile esse matrimonium. Secundo ex leg. is qui putat ff. de acquirenda hæredit. vbi qui putat se necessarium hæredem esse, cum tamen voluntarius hæres sit, repudiare non potest hæreditatem, quia opinio veritati preferitur. Ergo putans subesse impedimentum ad matrimonium, cum tamen non sit, non poterit contrahere. Quod si dicas cum Couaruu. dicto §. 7. num. 2. & Sanch. num. 4. ideo hæreditatem repudiari non posse, quia opus erat scire ex qua causa, & quo iure repudianda esset, quod tamen ad contrahendum matrimonium non videtur necessarium, obstat quia etiam ad matrimonium necessarium est scire qualiter contrahendum sit, aliàs error, & ignorantia matrimonio contrahendo non obstat. Tertio ex doctrina Abbatis in cap. cum in Apostolica, de sponsalib. num. 6. dicens eum qui credit subesse impedimentum, quod tamen non subest, non contrahere matrimonium quoad Deum, & ex Vincentio in prædicto capite quem sequitur Præpositus ibi, n. 3. & alij affirmantes maritum errantem in facto, eo quod contrahens secundum matrimonium credens primum validum esse, quod postea nullum esse declaratur, cogitur cum secunda contrahere. Ergo ligatum est à principio non contraxisse.

9. Ad primum oppositæ sententiæ negandum est antecedens, ad probationem desumptam ex capite vnico dico ibi contraxisse sponsalia, quia non credebatur firmiter subesse impedimentum. Ad Textum ex Clem. de consanguinit. dico ibi excommunicari, non quia verè contrahunt, sed quia attentarunt exterius contrahere animo voluptati vacandæ. Ad secundum concedo hæreticum validè baptizari, non quia baptizati sub conditione si est Sacramentum, hanc enim conditionem non subintelligit, cum firmiter credat Sacramentum esse non posse, sed quia intendit facere, quod Christus fecit, sub qua intentione voluntas conferendi baptisum continetur, & consistere potest cum credulitate, & errore, quo existimati Sacramentum non esse, vt latius Tract. de Sacrament. Baptisimi dixi.

PUNCTUM VI.

Debetne prædictus consensus vtriusque contrahentis simul existere?

- 1 Referuntur variæ sententiæ.
2 Quod sit tenendum.
3 Resolvitur Sanch. & Coninch.

1. Variæ sunt de hac sententiæ, quas referunt Sancti Aegid. Basil. statim referendi. Prima est Panormio in cap. dilectus de sponsalib. & Ant. de Barrio cons. 64. afferentium vtrumque consensum simul debere existere, quia vterque complet contractum, & est causa traditionis, & acceptationis. Secunda sententiæ præcedentem limitat, ne procedat his in locis, in quibus Trident. est promulgata, quia non potest constare Parocho & testibus de consensu alterius an reuocatus sit, si simul cum alio consensu non existit. Tertia docet nihil referre, est multo tempore vnus consensus ab alio distet, modo reuocatus non sit: sic Maior in 4. d. 27. q. 1. in solut. ad 3. Nauarr. cap. 22. num. 8. Quarta requirit simultatem moralem, ne inquam multum temporis inter vnum, & alium consensum intercedat: sic Sotus in 4. d. 27. quest. 1. art. 3. vers. sed alia. Couaruu. 4. decret. 2. p. cap. 4. intro, num. 7. Henric. lib. 1. cap. 3. numero 6. Petr. de Ledefin. quest. 4. art. 3. dub. 2. aliis relatis Sanch. disp. 3. 2. quest. 2. num. 7. neque dissentit Aegid. de Coninch. disp. 2. 4. dub. 7. concl. 1. & 2. cum, §. 5. Basil. Ponce. lib. 2. cap. 16. n. 2. variant tamen ij Doctores in assignanda distantia vnus consensus ab alio, vt censetur moraliter existere. Nam Sotus existimat vsque ad septennium extendi posse. Henric. vero vsque ad biennium Petr. de Ledefin. vsque ad annum. Sanch. Basil. Aegid. & alij arbitrio prudentis relinquunt.

2. Ego vero dicendum existimo primam, & secundam sententiæ falsam esse, si de consensu actuali, & non habituali intelligatur. Nam vtriusque consensus physicus, & actualis nec ratione Sacramenti, nec ratione contractus simul esse requiritur. Non ratione Sacramenti, ad quod constituendum

sufficit, quod partes inter se moraliter coniungantur, ut patet in Sacramento penitentiae, ordinis, & confirmationis, &c. Neque item ex ratione contractus, in quo moralis coniunctio facilius admittitur. *leg. 1. 8. qui praesens. ff. de verbor. obligat. i. & leg. 1. §. sed verior. ff. de contrahenda empr.* Et in praesenti est manifestum, cum per epistolam, vel procuratorem contractus matrimonij celebretur, in quo consensus contrahentium simul physicè celebratur, in quo consensus contrahentium simul physicè non existit. Atque ita docent omnes Doctores tertiae, & quarta sententiae, quae si benè pendantur inter se non pugnant, sed verissimae sunt. Pro quarum explicatione aduerto matrimonium contrahi posse consensu physicè praeterito habitualiter permanente, neque opus esse ut permaneat in aliquo effectu producto, qui causa contrahendi sit, quia nihil physicum efficere debet, sed solum hunc moralem effectum, scilicet mutua traditionem corporum, mutuaque obligationem, ad quam praestanda sufficit perseverantia moralis habitualis, sicuti in aliis contractibus (stipulatione excepta ob eius singularem naturam. *leg. contrarius. ff. de verbor. obligat.*) Quapropter etsi multum temporis inter valet, & alium consensum intercesserit, si tamen de facto expressè, nec tacite reuocatus non est, sufficit ad contrahendum matrimonium. Censetur autem reuocatus, si in aliam personam consentit. Item si consentit pro determinato tempore, eo transacto, quem terminum regulariter omnes contrahentes censendi sunt apponere maiorem, vel minorem iuxta negotij qualitatem. Nemo enim credendus est (inquit Coninch.) velle perpetuò alterius consensum expellere, & de suo statu suspensum esse.

Praedicta locum habere possunt, ut inquit Coninch. *dicto dub. 7. concl. 4.* Basil. Ponce. *lib. 2. cap. 16. n. 5.* etiam vbi viget Trident. si prior consensus coram Parocho, & testibus sit, & alio die sequenti idem Parochus, & testes alterius consensui assistant, tamen nesciant, an prior consensus reuocatus sit; id enim necessarium non est; sicuti non est necessarium, cum matrimonio per procuratorem contracto assistant, scire praedictum mandatum reuocatum non esse.

3. Quod verò Sanch. *lib. 2. disp. 32. num. 9.* quem sequitur Coninch. *disp. 1. 4. dub. 7. conclus. 3. in fine.* & Gutier. *cap. 46. num. 14.* asserit te sic consentientem altero legitimum consensum praestare posse denuò conuenire, quin alios denuò consentiat, quia praedictus consensus alterius legitimus habitualiter perseverat mihi non probatur, eo quod praedictus consensus post factum contractum neque formaliter, neque habitualiter perseverat, quia fuit consensus de contrahendo tali tempore, non alio, in quo credit sibi esse impossibile denuò contrahere. Praeterea praedictus consensus non solum ex tua parte nullus fuit ob fictionem, sed etiam alterius consensum nullum reddit, quia nemo consentit in traditionem sui corporis, nisi alter eandem sui corporis traditionem faciat; est enim hic contractus mutuus & onerosus, ergo ex perseverantia praedicti consensus vtpote nullius valoris conualescere matrimonium non potest. Requiritur ergo nouus consensus. Qualiter hic praestandus sit postmodum examinabimus.

PUNCTUM VII.

Qualiter consensus contrahentis exprimentus sit?

1. Vriusque consensus verbis, vel signis exprimentus est.
2. Aliqui affirmant esse verba necessaria.
3. Non sunt necessaria necessitate Sacramenti.
4. Satisfit rationi opposita.
5. Nec etiam sunt necessaria necessitate praeepti.

1. **C**ertum est vtriusque consensum verbis, vel signis exprimentum esse. Tum quia est contractus respectivus, humanus, & politicus, qui sola mente celebrari non potest. Non enim potest esse vltro citroque obligatio, quin consensus contrahentium sibi inuicem manifestentur, & fauet lex traditionibus, *Cod. de Pactis, ibi: Traditionibus, & usu capionibus, non nudis pactis rerum dominia transferuntur.* Tum quia constituit Sacramentum, quod necessariò est signum sensibile gratiae sanctificantis. Colligiturque haec veritas ex Concilio Florent. in decreto Eugen. & ex Trident. *sess. 24. cap. 1. de reformar. & pluribus Sanch. lib. 2. disp. 30.* Neque obstat Textus in *exp. cum locum de Sponsalib.* vbi inquit Pontifex, matrimonium à solo consensu contrahitur, id est à solo consensu libero expresso, non coacto, non enim expressionem consensum intendebat Pontifex excludere, sed coactionem, ut ex contextu constat. Neque item obstat *cap. ius fraternitati, eodem tit.* vbi dicitur, matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri, & mulieris consensum; sed necessaria sunt quantum ad Ecclesiam verba consensum exprimentia de praesenti, intelligendum enim est, esse necessaria verba, & non sufficere nuda, ut facilius Ecclesiae constare possit matrimonium esse contractum. Neque item obstat quod in *cap. sufficit 27.*

quest. 2. & cap. fin. de sponsa duorum, dictum sit solo consensu expresso abique copula, hanc enim ab essentia matrimonij excludere intendebant, non tamen consensus expressionem.

2. Sed an praedictus consensus verbis necessario exprimentus sit saltem necessitate praeepti? variant Doctores. Nam plures, quorum meminit Sanch. *lib. 2. disp. 31. num. 2. Zeuall. r. 3. commun. opin. quest. 750. num. 21.* Gutier. *cap. 46. num. 10.* Coninch. *disp. 24. dub. 8.* Basil. Ponce. *lib. 2. cap. 7.* existimant non solum esse verba necessaria necessitati praeepti in eis qui loqui possunt, sed esse necessaria pro valore Sacramenti. Mouentur ex *cap. ius de sponsalib.* ibi: *sed necessaria sunt quoad Ecclesiam verba, id est ex institutione Ecclesiae, & ex cap. licet; eodem ibi; ita ut vnus alterum verbum consensu recipiat. Et cap. consultationi eodem. ibi; cum verba processissent.* Et efficacius ex Concilio Florent. ibi; *in decreto Eugenij,* vbi postquam decidisset omnia Sacramenta tribus perfici, verbis tanquam forma, rebus tanquam materia, & Ministro, loquens de matrimonio praedictam propositionem restinxit dicens: causa efficiens matrimonij est consensus regulariter per verba de praesenti expressus, tacite indicans non semper esse necessarium consensum per verba exprimi, esse tamen regulariter scilicet in valentibus loqui. Neque minus esse debet, quod in aliquibus verba necessaria sunt, & non in aliis; nam cum huiusmodi Sacramentum consistat in contractu, optimè potuit Ecclesia pro valore contractus verba exigere in valentibus loqui, cum tamen in non valentibus signa reputet esse sufficientia.

3. Ceterum omnino tenendum est tam in non valentibus loqui, quam valentibus, verba non esse necessaria necessitate Sacramenti: sic pluribus firmant Sanch. *disp. 31. n. 5.* Gab. Vazq. *disp. 3. de matr. c. 7.* Couaruu. *2. p. de matr. c. 4. m. 1.* Gutier. *c. 46. n. 10.* Coninch. *dub. 8. concl. 2.* Basil. Ponce. *lib. 2. cap. 7. num. 4.* Et quidem pro non valentibus loqui, est descripto expressa in *c. cum apud. c. ius de sponsalib.* Et colligitur ex dicto Concilio Florent. At pro valentibus loqui colligi potest ex *cap. vnico §. fin. de desponsat. impub. lib. 6. vbi pro puella praesente, & tacente praestat pater consensum, & verum matrimonium constituit, quia puella medio illo silentio consensum patrem approbat, ut inquit D. Thom. in 4. d. 27. quest. 1. an. 3. quaestiuicula 2. ad 3. Item ex *cap. fin. de coniugio. serui. ibi: me facto, nec verbo consentit. Et ex cap. veniens. cap. i. qui, cap. ius. cap. illud, & aliis de Sponsalib.* vbi deciditur sponsalia copula subsequuta transire in matrimonium. Ratio est, quia si verba in aliquo casu essent necessaria pro valore Sacramenti matrimonij Concilium Florent. quod ita exactè declarauit, & formas Sacramentorum declarauit, sine dubio expressisset. Ex illo autem verbo regulariter id non colligitur: cum satis commodè explicetur, si dicamus consensum qui regulariter per verba exprimitur esse causam efficientem, non quasi necessariam sit necessitate Sacramenti regulariter per verba exprimi, sed quia hic modus explicandi consensum regulariter contingit. Et forte ob hanc causam Tridentina. *sess. 24. de reformar. cap. 1.* dixit Parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum consensu intellecto: notanter dixit in illis: quin verborum meminerit tacite indicans signis intelligi posse, esseque sufficientia.*

4. Neque Textus in *cap. ius fraternitati* contrarium probat dicens verba quo ad Ecclesiam esse necessaria, quia id dictum est, quia sunt necessaria, ut facilius Ecclesiae constet de matrimonio contracto. Textus verò in *capite licet. capite consultationi,* conuincunt regulariter verbis matrimonium perfici, non quasi ea necessaria sint, sed quia sunt signa superiora consensu. Ad argumentum ex Concilio Florent. deductum constat ex probatione nostrae sententiae.

5. Superest dicendum, An verba sint necessaria saltem necessitate praeepti; Et quidem nullibi esse latum praeeptum probat Sanch. *lib. 2. disp. 31. num. 10.* Basil. Ponce. *lib. 2. cap. 7. num. 14.* Egid. Coninch. *disp. 24. dub. 8. concl. 4.* Gutier. *cap. 46. numero 11.* ideoque non probo quod Sanch. & Gutier. affirmant esse peccatum veniale, si verba omittantur, quia vbi non est lex, nec praerogatio esse potest, vt inquit Paul. Fateor tamen esse maximè decens, vt contrahentes locos consensu verbis expriment, vt dixit Alphonus Rex, *leg. c. 1. part. 4.* Quinimo aliquando ratione scandalij, & ne dubius reddatur contractus, sub peccato mortali necessarium erit.

PUNCTUM VIII.

Quibus verbis, & signis hic consensus censetur expressus?

1. Spectanda est propria significatio verborum, cum dubia sunt.
2. Explicantur aliqua verba, quae consensum de praesenti denotant.
3. Qualiter signis exprimat consensum.

- 3. Quia si cum auctoris copulam habeat.
- 6. Sane Trident. aliqui affirmant sponsalia transire in matrimonium copula coram Parocho, & testibus habita. Sed oppositum verius est.
- 7. Ob attentationem copula matrimonium non presumitur.
- 8. Neque ex oculis, amplexibus, tactibus turpibus.
- 9. Qualiter ex traductione puella in domum sponsi matrimonium presumatur?
- 10. Ex longa cohabitatione, qua vir, & mulier se trahunt ut coniuges matrimonium presumuntur.
- 11. Item si processit de matrimonio tractatus, & mittatur sponsa annulus, aliqui affirmant, alij rectius asserunt inopertentiam esse conjugium.

Hic Questioni ex parte satisfacimus disputat. precedenti punct. 2. vbi declarauimus aliqua difficultata verba, quibus sponsalia contrahuntur. Quatenus ad verba attinet spectanda est communis illorum sententia, cum copula fuerit iniqua iurisconsulti. in leg. si quis tu sponsalia sunt, quia vtriusque iurisconsulti. in leg. si quis tu sponsalia sunt, quia vtriusque iurisconsulti. in leg. si quis tu sponsalia sunt, quia vtriusque iurisconsulti. in leg. si quis tu sponsalia sunt, quia vtriusque iurisconsulti.

1. Ex his inferitur verba illa, Accipio te in vxorem, habeo te in vxorem. Tibi ut vxori prouidebo. Seruabo fidem absque vlla cohabitatione, consentiunt consentum de presenti significat, vt colligitur ex cap. ex parte cap. penult. de sponsalib. Item sententiam de illis verbis. Volo te habere vxorem, volo te tractare pro vxore, habeo te ex nunc pro vxore: cum enim huiusmodi contractus ex sola voluntate explicata nascitur, satis his verbis voluntas exprimitur: illa autem forma; Habeo te in vxorem absque addita particula ex nunc dubia satis est, an sola sponsalia, an etiam matrimonium constituant. Nam Innocent. Cardinal. & Abbas cap. ex parte de sponsalib. Petr. Gregor. lib. 9. synagoga. cap. 5. in princ. Basili. Ponce. lib. 2. cap. 9. num. 3. Et alij existimant matrimonium consistere, ea precipue ratione ducti, quia denotant executionem contractus, & illius obligationem ab eo puncto quo profertur, sicut si dixisses, Habebote nunc in vxorem. Nam in contractibus, in quibus dies non signatur, incontinenti nascitur obligatio, leg. in omnibus ff. de Regul. iur. Ergo ex illis verbis habes obligationem ab eo puncto haberi, nam in vxorem, si autem sola sponsalia contraherentur, non in vxorem, sed ab eo puncto habere non vxorem, sed vxorem. Sed rectius Couar. 4. decret. 2. part. cap. 1. §. 1. par. 1. Thom. Sanch. plures referens, lib. 1. disputat. 18. num. 18. cent non matrimonium, sed sponsalia constituit, quia non consentum de presenti, sed de futuro significat, praestant enim hunc sensum, Habebote in vxorem, quando illi placuerit: sicut si diceret, Accipiam te in vxorem. Neque obstat ab eo puncto nasci obligationem habendi foeminam in vxorem, quia non nascitur absoluta obligatio, sed conditionalis: postea inquam voluntate foeminae, quare si foemina illi significaret se velle haberi in vxorem credo matrimonium contractum esse, quia illa verba matrimonij executionem significant, non illius celebrationem. De illis verbis in quibus continetur dicto excludit, nisi tantum, praeter satis praedicto loco diximus.

2. Quoad signa attinet, quibus consensus de presenti exprimitur, etiam communis usus, & iudicis spectandus est. Si enim patre contrahente pro filia impubere praesens ipsa taceat illo silentio satis suum consentum exprimit. Cap. vn. §. fin. de desponsat. impuber. in 6. Item si cum foemina interrogatur, an velit tecum matrimonium inire? ipsa capite annuat, non est dubium satis suum explicare consentum. Quocirca de quatuor signis est controuersia, qualiter denotet matrimonium esse contractum: primo de copula, secundo de illius attentione, tertio de traductione foeminae in domum sponsi, quarto de annuli missione, seu subarrhatione. Aliqua ex his signis si recte considerentur non sunt signa consensu exprimentia, sed signa consensum alia exprimentia significata. Quippe, copula illiusve attentatio non est signum exprimens consentum in matrimonium, sed est signum denotans matrimonium contractum esse, alia illa copula non coniugalis, sed fornicaria est. Praeterea aduerto stante Conc. Trident. dispositione his signis raro, vel nunquam esse locum, siquidem matrimonium esse contractum ex Parocho, & testibus, qui contrahendo necessario attulerunt probandum est.

3. Primum ergo copula inter sponsos de futuro signum est. Ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. V.

illis in locis, in quibus Trident. non est receptum matrimonium esse contractum, signum inquam non ex natura rei, sed praesumptione iuris, quia ius pie praesumit matrimonium ante copulam illos sponsos contraxisse, ne illa copula fornicaria sit, & poena digna. Etenim cum illi sponsi de futuro possint inter se copulari animo fornicario, vel affectu coniugali, Ecclesia ne iudicet illos derelinquere, credit affectu maritali se copulasse, voluisseque promissionem matrimonij contrahendi ad executionem reducere: habetur c. veniens. c. is qui fidem, c. fin. de sponsalib. Quare si sponsalia contracta non sunt, copula signum esse non potest matrimonij, quia nullum est fundamentum, ex quo Ecclesia praesumere possit matrimonium praecessisse.

4. Dubium ergo est. An sponsalibus cum Maria contractis, si illa tenente cum Francisca sponsalia contrahas, & copulam habeas cum vtraque, sit aliquid ex his matrimoniis censendum; Respondeo nequaquam esse censendum matrimonium cum secunda, eo quod sponsalia cum secunda nulla fuerint, ac proinde ex copula cum ea habita praesumi non potest matrimonium esse contractum: ex copula autem cum prima non absque fundamento dubitari praeposit. in dicto cap. is qui fidem. n. 5. de sponsalib. an possit praesumi matrimonium, eo quod ab sponsalibus cum ea celebratis censetur recessisse, si non quoad effectum, altem quoad voluntatem per sponsalia contracta cum secunda. Verius tamen existimo praesumi debere matrimonium cum prima esse contractum, quia esto voluntatem habueris recedendi ab eius sponsalibus contrahendo cum secunda, de facto non recessisti, & copulam cum ea habens censendus es praedictum contractum approbasse, & attentatum recessisse emendasse, sicut docet Basili. Ponce. lib. 2. de matr. c. 11. n. 6.

5. Grauior dubitatio est. An stante Conc. Trident. dispositione sponsalia celebrata transire possint in matrimonium copula coram Parocho, & testibus habita? Affirmat Sanch. lib. 3. disp. 40. n. 7. Henric. lib. 1. c. 3. num. 7. Gutier. c. 4. n. 13. ducti, quia copula est sufficiens signum consensu coniugalis, postquam sponsalia praecesserunt. Ergo Parochus & testes tali signo, & sponsalibus assentes de consensu matrimonij testari possunt.

Sed rectius contrarium docet Coninch. disp. 21. num. 21. ea ratione, quia copula (vt dixi) non exprimit consentum constitutentem matrimonium. Ergo si Parochus, & testes non attulerunt consensum matrimonium constituenti verè non attulerunt matrimonio. Quinimo stante dispositione Concil. Trident. illa copula nequit esse signum coniugalis consensu quia non potest esse signum consensu coram Parocho, & testibus habita, quod necessario requiritur ad matrimonium constitutendum.

6. Secundò: ex copulae attentatione videtur ius praesumere posse matrimonium esse contractum, si enim ex copula praemissis sponsalibus matrimonium praesumit ob vitandam culpae praesumptionem, ob eandem rationem obligatur ad praesumendum matrimonium ex copulae attentatione. Fauereque Textus in capitulo de sponsalib. vbi secundum matrimonium censetur invalidum, eo quod cum priori desponsata attentauerit copulam habere. Nihilominus certa sententia est ob attentationem copulae non praesumi matrimonium esse contractum, vti decidit cap. adolefens. fin. de sponsalib. ibi: Nam licet sate nixus fuerit, eam carnaliter non cognouisse; neque valet dicere non potuisse illam cognoscere, quia erat impubes, & tempore impubertatis legitimus consensus haberi non potest: gratis namque dicitur impuberem esse, neque id colligitur ex Textu, nam quod non potuerit illam cognoscere prouenire potuit, vel quia comparatione illius erat acta, vel quia restituitur a lia de causa, non quia impubes. Ratio autem est, quia iure non est inducta praesumptio de matrimonio ex attentatione copulae, sed ex copula. cap. veniens. cap. is qui fidem, cap. finali de sponsalib. Ergo absque fundamento extenditur praesumptio ad copulae attentationem. Neque obstat in praedicta attentatione culpam committi, quia non solum ob vitandam culpam vticumque praesumitur matrimonium ex copula, sed ob vitandam talem culpam, ex qua foemina amittit sui corporis integritatem quae apud ipsam maximi habetur.

7. Hinc a fortiori inferitur ex oculis, amplexibus, tactibusve turpibus matrimonium praesumi non posse, cum non sint copula, sed ad summum illius initium. Et tradit Couar. 4. decret. 1. part. cap. 4. §. 2. num. 2. Basili. Ponce lib. 2. cap. 12. num. 14. & colligitur aperte ex cap. 1. de matrim. contract. contra interd. Eccles.

8. Tertio ex traductione puellae in domum sponsi aliquid videtur matrimonium praesumi posse. Quod sustineri potest inspecto iure ciuili ex l. mulierem. ff. de ritu nuptiar. l. si cui. leg. cum fuerit. ff. de condit. & demonstr. & leg. cum in re Cod. de Donationib. ante nuptias. Verum attento iure canonico nequaquam ex sola traductione matrimonium contractum esse praesumitur, vt docuit Couar. 4. decret. 1. p. c. 4. §. 2. numer. 1. Menoch. lib. 3. praesump. l. 1. r. §. 5. Gutier. de matr. c. 4. n. 4. Basili.

fil. Ponce, lib. 2. c. 11. n. 9. & alij, quia Ius Canonicum solum ex copula inter sponfos habita consensum matrimonij præsumit, quæ dispositio vt potè à iure exorbitans nõ debet ad alios extendi. Ab hac tamen regula excipiunt prædicti Doctores, & merito traditionem sponsæ ea solemnitate factam, qua attempta consuetudine solent vxorem ad domum mariti deducere, nam eo casu signum esset matrimonium esse contractum. Arg. cap. vidua de Regular.

10. Quarto præsumitur matrimonium ex longa cohabitatione, qua vir, & mulier se tractant vt coniuges, quia inspecta hominum opinione credendum est, dum contrarium non probatur matrimonium esse contractum. Argum. Textus in cap. illud de præsumption. & tradunt larè Malcard. t. 2. de probat. concl. 1022. & t. 3. concl. 1317. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 1. Gutier. de matrim. c. 40. à n. 6. Quod à fortiori procedit, cum agitur de probanda filiorum legitimatione, & maxime si parentes sint defuncti, quia non debet præsumi in peccato mortali decessisse, sed potius ante mortem matrimonium contraxisse.

11. Quinto si tractatus de matrimonio contrahendo præcessit, & sponsus anulum sponsæ mittat ipsaque acceptet, alijsque videtur matrimonium præsumendum esse. Sed rectius alij affirmant inspicendam esse consuetudinem, si enim immisso annulo, & subarchatio matrimonij signum fuerit, præsumi debet esse contractum, secus si solum sponsaliorum confirmatio fuerit, sicuti tradit Sanch. lib. 1. de matr. disp. 22. à num. 1. Basili. Ponce, lib. 2. cap. 11. à num. 2. Et idem est dicendum de porrectione manuum. Vide Couarru 2. p. de sponsal. cap. 4. à n. 4. & sequenti.

PUNCTUM IX.

Qualiter per procuratorem matrimonium contrahatur?

- 1 Plura requiruntur.
- 2 Specialiter requiritur, vt constituens procuratorem perseueret in consensu, cum matrimonio contrahitur.
- 3 Item ne limites mandati excedat.
- 4 Aliqui censent constituendum esse coram Parocho, & testibus.
- 5 Sed verius est oppositum.
- 6 Satisfit rationibus.
- 7 Non est opus scriptura, sed verbis tantum constitui potest.
- 8 Matrimonium per procuratorem fieri potest tam in ratione contractus, quam Sacramenti, vbi Concilium non est receptum.
- 9 Imò certissimum est etiam vbi Concil. Trident. est receptum.
- 10 Proponentur obiectiones, & fit illis satisfactio.
- 11 Per epistolam, sicut per procuratorem matrimonium contrahi potest.
- 12 Satisfit cuidam obiectioni.

1. **V**T matrimonium per procuratorem contrahatur plura requiruntur, vt constituitur ex cap. fin. de procurator. in 6. Primo, vt procurator habeat speciale mandatum ad matrimonium: cum enim matrimonium res sit grauissima, ex qua totius vitæ status pendet, oportebat specialiter committi. Secundo prædictum mandatum debet esse circa personam determinatam, aliàs non erit signum mutui amoris. Tertio procurator per se ipsum mandatum perficere debet, neque substituere potest, nisi id expressè contineatur in mandato, quia est electa industria personæ. Hæc omnia expressè habentur dicto cap. fin. de procurator. in 6. & tradunt omnes Doctores; teste Couarru. 2. part. de sponsal. cap. 4. initio à n. 8. Sanch. lib. 2. disp. 11. à n. 1. & seqq. Gutier. de matr. c. 43. per totum. Coninch. disp. 24. dub. 9. num. 67. & seqq. Basili. Ponce, lib. 2. de matr. c. 15. à n. 2.

2. Quarto constituens procuratorem perseuerare debet in consensu cum matrimonio contrahitur, aliàs si tempore matrimonij contrahendi consensus reuocatus est, tamen reuocatio procuratori nota non sit, matrimonium nullum est, eo quod essentialis sit matrimonio consensus contrahentium, quem Ecclesia, vel Respublica supplere non potest, sicuti potest in alijs contractibus humanis, & politicis, ideòque alij contractus valide fiunt per procuratorem reuocatum, dum reuocatio nec parti, nec procuratori nota est: sicuti habetur leg. si mandassem 15. ff. mandati, & leg. 1. ff. quod iussu. §. 2. & colligitur ex cap. ex parte de Rescript. & Clement. vnic. de renunciat. Quod adeo verum est, vt etiam iurasses non reuocare, si de facto reuocet etiam interius, matrimonium quod procurator tuo nomine contrahit nullum est, quia est absque tuo consensu, quem Ecclesia, nec procurator supplere potest. Non est autem necessaria reuocatio expressa, sufficit tacita, vt si postquam dedisti mandatum contrahendi cum Maria, sponsalia cum alia celebres, vel mandatum dederis cum alia

contrahendi, tacite cenferis prius mandatum reuocare, vt rectè affirmant Couarru. 2. p. de sponsal. c. 4. initio num. 11. Sanch. disp. 11. num. 10. Coninch. dub. 9. n. 71. Gutier. late probans dicto c. 43. n. 18. Verum si tempore contractus consentias, tamen in medio tempore postquam mandatum dedisti dissentias validum est matrimonium, quia mandatum firmum cum consensu persistit, vt docet Sanch. lib. 2. disp. 11. num. 11. Coninch. disp. 24. dub. 9. num. 72. Gutier. cap. 43. num. 15. Quod si tempore quo mandatum dedisti consensum simulasti, vt Henric. lib. 11. de matr. cap. 2. num. 2. Sanch. disp. 11. num. 13. Gutier. dicto cap. 43. num. 15. existimatur valide posse matrimonium contrahi, si tempore quo matrimonium per procuratorem celebratur consentias. Rectius oppositum sentit Coninch. disp. 24. dub. 9. num. 72. eo quod prima illa constitutio procuratoris nulla fuit ob simulationem, nequit ergo solo interno consensu reualidari, sed necessarium est denovo fieri, & legitimo consensu expresso constitui. Illud vero est certum non oportere, vt tempore quo procurator tuo nomine contrahit consentias, sufficit si non dissentias, quia in virtute prioris consensus non reuocatur, quo procurator constituitur matrimonium fit, tamen dormias, vel in alia negotia sis distractus, vt Sanch. Gutier. Coninch. & alij supra notantur. Ex qua doctrina reuocatum est, quod Basili. Ponce lib. 2. cap. 15. num. 14. affirmat: si tempore quo matrimonium procurator tuo nomine contrahit incidat in amentiam nullum esse matrimonium, nam esto eo tempore tu non possis contrahere, non obest; quia etiam cum dormis nequis proprio nomine contrahere, & tamen rectè per procuratorem potes. Satis enim est quod possis per alium contrahere, quod rectè præstare potest, quia non in virtute consensus tunc expressi, sed in virtute consensus dati tempore quo procuratorem constituisti contrahis, vt rectè Sanch. Coninch. Gutier. loc. alleg. docent.

3. Quinto ne procurator limites mandati excedat, quia in eo quod excedit non agit vt procurator, sed vt priuatus, ac proinde deficit contrahentis consensus, ideòque nihil actum est, vt colligitur ex leg. diligenter. ff. mandati, & tradit Sanch. d. lib. 2. disp. 11. num. 17. Gutier. cap. 43. numero 9. Basili. cap. 15. num. 6. Hoc tamen intelligendum est, quando excessus est in conditione, seu forma substantiali, secus quando excessus est in accidentalibus forma, & conditione, vt si Petro dedisti mandatum contrahendi matrimonium seruata forma Trident. non obinde contractus vitatur, si denunciations omittantur, quia credendum est denunciations pollutatas esse eo modo, & forma; quia iure communi requiruntur, sicuti docet Sanch. lib. 3. disp. 33. num. 3. Gutier. cap. 43. num. 20. Basili. supra.

4. Sexto aliqui requirunt, vt procurator constituitur coram Parocho, & testibus illis in locis, in quibus Concil. Trident. est receptum, primo quia Trident. exigit pro forma, vt Parochus, & testes deponere possint de matrimonio, quæ deponitionem nequeunt præstare nisi assistant prædicto mandato; aliter enim non possunt testari contrahentes consentientes. Secundo ex doctrina Riminaldi, conf. 467. n. 78. & sequenti, volum. 1. affirmantis solemnitatem requisitam ad aliquem actum esse necessariam ad dandam commissionem faciendi illum actum, & ita prohibente statuto donationem fieri absque quinque testibus, censi prohibuit mandatum donandi absque illis, ex leg. oratio, ff. de sponsalib. Tertio prohibito sine prohibentur media quæ sunt ad finem, sed prohibentur matrimonium clandestinum, ergo prohibetur commissum clandestinum, vt pote illius medium, & confirmatur ex leg. 39. Tauri, hodie lex 13. tit. 1. 4. lib. 5. noua recopilat. vbi eadem solemnitas requisita est pro mandato sciendi testamentum, quæ pro testamento requiritur. Quarto mulier eo quod nequit absque consensu viri contrahere, nequit absque illius consensu procuratorem constituere, vt habetur leg. 55. Tauri: sed nullus absque Parocho & testibus contrahere matrimonium potest, ergo neque procuratores constituere ad contrahendum.

5. Sed omnino tenendum est validum esse mandatum ad contrahendum clandestinè concessum, modo tamen ita concessum sit, vt probari possit, & Ecclesie consistere tale mandatum datum esse quia Concil. Tridentin. solum ad contrahendum matrimonium requisitum Parochi, & testium præsentiam, non tamen ad constituendum procuratorem, ergo procuratoris constitutio sub dispositione iuris communis incorrecta manet iuxta leg. commo. diffimè. ff. de liber. & posthum. Si autem Parochi, & testium præsentia necessaria esset in procuratore constituendo, sine dubio Concilium expressisset. Argum. leg. vnic. §. vbi autem versam si contrarium, Cod. de Caduc. tollend. leg. item apud Labonem §. au. prior. ff. de iniurijs. cap. ad audientiam de renunciat. & ita vt certum, & indubitatum tradunt Sanchez lib. 2. disp. 11. numero 23. Gutier. cap. 43. num. 13. Coninch. disp. 24. dub. 9. num. 78.

6. Neque obstant oppositæ rationes. Ad primam optime Parochum, & testes testari de matrimonio posse, tamen

non testentur de commissionis facta valore, quia Concilium non postulat, ut testentur de valore matrimonij, sed solum de matrimonij exteriori contractu. Quo testimonio simul testantur de consensu contrahentium non in se, sed in procuratore, sicuti contingit in matrimonio medio interprete contracto, in quo Parochus, & testes testari non possunt de consensu contrahentium in interprete expresso. Ad secundum respondeo, illam doctrinam Riminaldi verissimam esse, quando eadem ratio procedit in actu ac in commissione, secus quando diuersa, ut in presentia, non enim ex mandato clandestino eadem inconuenientia sequuntur, quae consequuntur ex clandestino contractu, ut de se patet. Ad tertium eodem modo respondendum est, prohibito sine prohiberi media, quae illum necessarium inferunt: ac clandestinum mandatum non infert necessarium matrimonium clandestinum mandatum, sed publicum; quippe mandatum non datur ad matrimonium clandestinum contrahendum sed ut contrahendum publicè. Ad confirmationem desumptam ex leg. 39. *Tauri* dico esse speciale dispositionem in eo casu, tum ob vitandas Commissario fraudes, ut constat ex leg. 31. *Tauri*, hodie 5. tit. 4. lib. 9. noua recopilat. ibi: [y los tales commissarios hacen muchas fraudes.] Tum quia mandatum ad testandum est species quaedam testamenti, siquidem continet heredis institutionem, substitutionem, exheredationem, meliorationem, tutorum designationem, quae si à Commissario non fiant, ipso iure facta manent ex leg. 35. *Tauri*, hodie 7. tit. 4. lib. 9. noua recopil. At in mandato ad matrimonium contrahendum neque inconuenientia quae in matrimonio clandestino procedunt adesse possunt, neque matrimonij contractus aliquo modo continetur. Ad quartum dico prohiberi mulieri mandatum concedere absque licentia viri, ne legi regia praedictum ferret, ac ex mandato clandestino non sit praedictum d. cetero Trident. siquidem coram Parocho, & testibus matrimonium est à Commissario contrahendum.

7. Hinc à fortiori sit ad praedictum mandatum concedendum non esse opus scriptura, sed verbis tantum constitui posse, sicuti de quocunque procuratore generaliter dicitur leg. 1. tit. 5. part. 3. ibi: [y quando lo hicieren de palabra] *Gloss. leg. maritus verbo prescripsit, Cod. de procuratorib.* & ibi Doctores lafon leg. 1. num. 7. *Cod. eodem tit.* & plures allegans *Diaz. Perez. leg. 3. vers. verum autem, tit. 4. lib. 3. ordinam.* Et tradit in presentia Sanch. lib. 2. disp. 1. num. 14. *Gurierr. cap. 43. num. 16.* Neque item est necessaria sexuum diuersitas in procuratoribus ad matrimonium sed duo viri, vel duae feminae hoc officium gerere possunt, quia ipsi non proprio nomine sed alieno contrahunt, ut rectè aduertit Sanch. *supra n. 15. Gurierr. 17. His positis,*

8. Dico primò matrimonium ante Trident. & illis in locis in quibus modò Concil. Trident. receptum non est, optime potest tam in ratione contractus, quam Sacramenti per procuratorem contrahi, sicuti definitur, *cap. fin. de procuratorib. in 6. & cap. honoratur 32. qu. 58. 2.* Et ratio est manifesta, quia iure naturae celebrari matrimonium sicut & alius contractus potest: at Christus Dominus matrimonij naturam non mutauit, sed ad esse Sacramenti euexit. Ergo &c.

9. Dico secundò, etiam illis in locis in quibus Concil. Trident. receptum est, certissime est affirmandum matrimonium per procuratorem contrahi posse, tam in ratione contractus, quam Sacramenti, ita ut oppositum merito plures Doctores temeritatis nota inuuant: sic pluribus relatis *Henriq. lib. 1. cap. 2. num. 2. Sanch. lib. 2. disp. 1. num. 20. Gurierr. cap. 43. num. 10. Coninch. disp. 2. dub. 9. num. 67.* Et colligitur tum ex praxi Ecclesiae, quae passim maxime inter Nobiles, & Principes matrimonium contrahi per procuratorem permittit. Tum quia Trident. Concil. matrimonium clandestinum detestatum est: at matrimonium per procuratorem coram Parocho, & testibus contractum non est clandestinum, seu publicum. Ergo matrimonium per procuratorem contractum coram Parocho, & testibus Concil. Trident. non obstat.

10. Sed aduersus hanc conclusionem obicitur primò Concil. Tridentinae exigat praesentiam Parochi, & testium pro forma ad valorem matrimonij, quando autem aliquid exigitur pro forma, & ut quid necessarium exequi debet specificè, & non per equipollens, leg. 1. §. si quis ita ff. de verb. obligatio. & leg. obligari §. tutor statim ff. de auctor. & consensu tutorum, §. tutor autem instr. eodem. tit. Praesentia autem parochi, & testium consensui procuratoris non est praesentia consensui contrahentium specificè, sed solum equipollenter, non igitur sufficit. Vnde cum in supra dicta leg. obligari, requiritur, ut tutor praesens sit contractibus minoris, non sufficit ut adsit per procuratorem, & cum in alienatione rerum Ecclesiae Canonicorum praesentia requiratur plures Doctores cum *Rebuffo de alien. rerum Ecclesiae numero 92.* affirmant non posse Canonicos per epistolam consentire. Ergo cum praesentia Parochi & testium consensui contrahentium adesse debeat, non sufficit, si procuratoris consensui adsit. Secundo: Parochus, & testes assistentes procuratoris consensui

Ferd. de Castro, Sum. Mor. Part. V.

testari non possunt de valore matrimonij, quia nesciunt, an concedens mandatum consensum reuocauerit, & an procurator mandatum finerit: Tertio non leuia inconuenientia inferuntur ex matrimonio per procuratorem contracto; quippe contingere potest, & saepe contingit aliquem ex contrahentibus tempore quo celebratur mortuum esse vel consensum reuocasse, vel cum non habeat personam quacum contrahat satis cogitam, postmodum poeniteat, & duram vitam gerere cogatur. Ergo si ob inconuenientia clandestinum matrimonium prohibetur, etiam hoc matrimonium prohiberi debet.

Haec tamen leuia sunt. Ad primum respondeo, Concilium non dixisse Parochum, & testes praesentes esse debere consensui contrahentium, sed contractui matrimonij. At si Parochus, & testes sint cum matrimonio per procuratorem celebratur contractui matrimonij praesentes existunt. Secundo dico, quoties praesentia alicuius requiritur ut forma, nequit impleri per equipollens, sed debet impleri specificè, nisi iuri communi obstat, aut verbis expressis habeatur: obstat autem iuri communi, quòd praesentia Parochi, & testium formaliter assistere debeat consensui, contrahentium, siquidem matrimonia per procuratorem celebrata semper approbavit, & ex alia parte verbis expressis non habetur praesentiam Parochi, & testium consensui contrahentium formaliter assistere debere, sufficit ergo ut praedicto consensui per procuratorem expresso assistant. Tutoris verò, & Canonicorum praesentia in supradictis casibus requiritur, quia eligitur industria tutoris, & Canonicorum, ut rebus pupilli, vel Ecclesiae melius provideatur. Tertio respondeo, Concilium non immutasse, neque inuouasse consensum contrahentium, sed illis addidisse ut formam praesentiam Parochi, & testium. Cum autem ante Concilium consensui per procuratorem fuerit sufficiens, & postea debet esse, si ipsi superaddatur conditio requisita de praesentia Parochi, & testium. Ad secundum non est necessarium, quòd Parochus, & testes testentur de matrimonij valore, sufficit si testentur de eius contractu, ad quod necessarium videtur quòd illis constet procuratorem mandatum habere ad contrahendum, quia non proprio nomine, sed alieno contrahit, ut rectè probat *Coninch. disput. 24. dub. 9. num. 78.* tamen contrarium firmet *Gurierr. cap. 44. num. 100.* Non tamen est opus, ut illis constet mandatum reuocatum non esse, id enim semper presumere debent, quoties de reuocatione non constat, sicuti semper praesumunt contrahentes verè, liberè, & absque vilo impedimento contrahere, cum matrimonio contrahendo assistunt. Ad tertium probat, ad summum ob illa inconuenientia debere hunc modum contrahendi irritari, non tamen de facto irritum esse. Adde omnem contractum humanum aliquibus incommodis semper expositum esse.

11. An vero per epistolam, sicut per procuratorem potest matrimonium celebrari, communi sententia defendit etiam stante Concil. Trident. fieri posse, ut videre est apud *Nauarr. lib. 4. consilium de cognat. spirit. cons. 2. alias 6. num. 9. Sanch. disput. 12. num. 3. Molin. de iustit. 3. disput. 254. Henriq. lib. 1. cap. 2. num. 6. Gurierr. cap. 45. num. 4. Coninch. disp. 24. dub. 9. num. 80.* Quippe per epistolam fieri traditio, & acceptatio potest, uti fiebat spectato iure antiquo, *leg. mulierem ff. de ritu nuptiar.* Quod tamen Concil. Tridentino mutatum non est. Debet autem traditio, & acceptatio vtriusque contrahentis coram eodem Parocho, & testibus fieri, aliàs non possent testari de matrimonio, id verò fiet, si scribas Matris te ipsum in maritum ei tradere, cumque in uxorem ex tunc accipere, ipsaque legens litteras coram Parocho, & testibus affirmet se etiam tibi tradere, & traditionem te factam acceptare. En tibi traditio & acceptatio vtriusque contrahentis fit coram eodem Parocho, & testibus. Alius à simili casus adducitur à Sanch. *supra.* Existimo tamen necessarium esse, quòd Parochus, & testes agnoscant tuas litteras, ut sic sciant cuius traditionem mulier acceptat, uti notauit *Coninch. dicto dub. 6. in fine, num. 8.*

12. Quod si dicas, nullus potest ministrare Sacramentum, quando non sibi constat dispositum esse recipientem, tum ad illius receptionem, tum ad illius effectum: ac contrahenti per procuratorem vel epistolam non constat, an alius capax sit Sacramenti, vel sit ritè dispositus, ergo non poterit saltem licitè sic contrahere. Respondeo praesumere debere morali certitudine alium esse dispositum tum ad Sacramentum, tum ad illius effectum.

PUNCTVM X.

Quo fine matrimonium contrahi debeat?

1. Triplex est finis matrimonij.
2. Contrahere ob finem extraneum primò & per se aliqui dicunt esse mortale, alij veniale.
3. Sub distinctione respondetur.

Triplex est finis matrimonij *essentialis, accidentalis, & extraneus.* Finis *Essentialis* est materia corporum traditio, & radicalis obligatio ad reddendum seibidem. *Finis Accidentalis*, sed matrimonij proprius, est sobolem generare *Genes. 1.* & concupiscentia remedium habere iuxta *Paul. 1. Corinth. 7.* propter fornicationem *unusquisque uxorem suam habeat, & unaquaque suum virum.* Finis *Extraneus* est voluptas, divitiæ, honor, pax inter consanguineos, &c. Sape ex matrimonio consecuta. Finis *essentialis* servandus est non solum ut matrimonium licite, sed etiam valide contrahatur, ut diximus *hæc disp. punct. 1.* & tradunt omnes apud *Sanch. lib. 2. disp. 29.* Hoc sine saltem virtualiter retento contrahere expressè ob sobolis generationem, quando aptus es generare, nemini dubium esse potest licere, quippe ad hunc finem ab *Authore* nature matrimonium ordinatum est. Contrahere autem ob vitandam fornicationem, quando periculum illius ad est consilium est *Pauli*, acquir ergo esse finis indebitus: cessante autem potentia ad generandum, & periculo fornicationis si contrahas ob mutam obsequiorum communicationem, ex honestate sine contrahis, quippe ad hunc finem matrimonium institutum est.

2. Quapropter solum est difficultas de fine extraneo, An ob illum primo, & per se matrimonium contrahere peccatum sit? Affirmare esse mortale *Angel. verbo Matrimonium 2. num. 25.* *Couarru. 2. part. de matr. cap. 1. num. 7.* Sed dura sanè sententia, quia non matrimonium quatenus Sacramentum est, sed quatenus est contractus dirigit ad prædictos fines obtinendos, quod non videtur esse nimia inordinatio. Communior tamen sententia est neget esse mortale ad prædictos fines extrinsecos contrahere; admittit tamen esse veniale peccatum, eo quod inordinatum sine fine secundarium & matrimonio extraneum primo & per se intendere, cum secundario tantum; & per accidens appetendus esset. Sic *D. Anton. 3. part. tit. 1. cap. 19. §. 9.* *Paludan. in 4. dist. 30. quest. 2. art. 3.* *Sylvest. verb. Matrimonium 4. quest. 4.* *Navarr. cap. 2. n. 79.* *Sanch. lib. 2. disp. 29. num. 26.* *Layman. lib. 5. tract. 10. cap. 4. num. 1. & 2.*

3. Ceterum distinguendum censet inter fines extrinsecos. Alii enim sunt qui per se honestatem moralem continent, quales sunt pax Reipublicæ, charitas & amor inter consanguineos, illustris familiæ conservatio. Alii vero sunt in quibus nulla moralis honestas reuocet, ut est voluptas, divitiæ, & honor. Si contrahas ob fines moralem honestatem continentes nullum peccatum committis, sed actum virtutis moralis exerces. Quippe finis illius actionis honestus est, medium, quo ad illum obtinendum veris etiam est honestum, ergo ex nullo capite ea actio vitari potest. Nam esto illa actio habeat alium finem, seu effectum magis proprium, & præcipuum, illum expressè intendere non obligat: satis enim est illum non excludas, ut manifestissimis exemplis probat *Coinch. disp. 2. §. 2. num. 14.* *Ocellus* inquit *dati sunt primo ad videndum, secundo ad explicandos conceptus.* Si igitur nacta occasione oculis uti velis, ut tuos conceptus exprimas, nihil de primario sine cogitans, quis dicet te peccaturum? Idem est de lingua, quæ data est primo conceptus explicandos, ea tamen absque vilo peccato uti potes ad eandem aliumve finem extrinsecum. Atque ita contrahere matrimonium ob pacem aliquam obtinendam, ob fraternam charitatem fovendam, ob familiam illustrem conservandam licitum & honestum est, sicuti dixit *Coinch. dicta disp. 2. §. 2. dub. 2. conclus. 4. numero 18.* *Basil. Ponet. lib. 1. de matr. cap. 2. num. 13.*

Si vero ob fines nullam moralem honestatem continentes contrahas est probabilè sit peccatum veniale committi, eo quod alienum sit a rationali natura operari absque fine virtutis, at tamen probabilis censet nullam in presenti adesse peccatum, sicuti docuerunt *Basil. & Coinch. supra.* Moneor, quia contractus matrimonij per se est actus honestus, tum in ratione contractus, cum ad generandam prolem, vitandam fornicationem, & mutam obsequiorum communicationem dirigitur tum in ratione Sacramenti à Christo instituti ad gratiam conferendam; velle autem obtinere aliquid temporale actu per se honesto inhonestum non est; ergo nullum est peccatum velle contrahere matrimonium retinendo illius fines, ut illo contracto vxoris pulchritudine, & dote, copulæque voluptate fruaris, quia eo casu non operaris absque fine virtutis, qui in ipso opere intinsecè imbibitur, quem in executione ipsius operis intendis, cum illum non excludis, idèque *Caicetan. tom. 1. opusc. tra. 3. 12. de matr. quest. 3.* *Navarr. cap. 2. 2. num. 79.* *Couarru. 4. decret. 2. part. cap. 1. §. unico n. 7.* *Sanch. lib. 2. disp. 29. num. 25.* *Curiac. cap. 46. num. 7.* affirmant regulariter nullum peccatum committere contrahentem ob vxoris dorem & pulchritudinem, quia esto horum consecutionem medio matrimonio ita expresse intendat, ut nisi hæc adessent, non contraheret: at quia fines ipsius operis non excludit, horum bonorum consecutio reputari debet non tam finis operis, quam motuum, & excitatio illius.

PUNCTUM XI.

De matrimonio sub conditione contracto.

Sub duplici conditione contrahi matrimonium potest. Sub conditione inquam præteriti, præterita de futura, eaque necessaria, contingenti, vel impossibili, corpis, vel honestæ, vel contra matrimonij substantiam, pendente à propria voluntate, vel absoluta.

§. II.

De conditione honestæ temporis præteriti, vel præteriti.

1. *Conditio spectans tempus præteritum, vel præteritum non infert matrimonium conditionale.*
2. *Aliqui requirunt matrimonium contractum sub hac conditione utriusque contrahentis notam esse debere, & matrimonium valere.*
3. *Oppositum verius est.*

Contrahens, qui sub conditione spectante tempus præteritum, vel præteritum celebratur, proprie non est conditionalis, quia de natura, & essentia conditionis est suspendere actum usque ad illius euentum. *§. sub conditione, insunt, de verb. obligat.* at si conditio præterita est, vel præterita suspendere actum non potest, sed parum coalluit.

3. Solum est difficultas, An requiratur ad valore matrimonij, quod ad conditio utriusque contrahentis nota sit. Vg. contrahens cum Maria sub conditione quod nobilis sit; quod habet tantam dorem, quod eius pater obtineat tale officium, ignoras autem an de facto ea conditio in te exillat, *§. 1. Coinch. disputat. 29. dub. 1. num. 6.* negat te matrimonium contrahere, quousque agnoscas conditionem oppositam esse. Moneatur, quia ad matrimonium necessario requiritur, ut consensus contrahentium utriusque notus sit, at qui sub conditione sibi vel alteri ignota consentit, ne scit, an vere consentiat, vel potius dissentiat, siquidem eius dissentus, vel consensus et conditione pendet, cuius existentiam ignorat, & quousque tam que apposita conditionis ignorat illi modo contrahentis quo diceres, *Accipio te in uxorem, vel Non accipio*, ex quo nemini dubium esse potest nullum matrimonium contrahi, quia ex illis verbis aequè a sensus, & dissentus colligitur, se videtur dicendum in præteriti.

3. Sed rectius *Sanch. lib. 5. disp. at. 7.* & *Gasp. Harado disputat. 7. diffinit. 2.* censent prædictum matrimonium valere: nam esto nota non sit conditio existentia, est tamen utriusque contrahentis notus consensus sub existentia conditionis, non sub conditionis notitia: non enim consensus in matrimonio sub conditione nobilitatis notæ, sed sub conditione nobilitatis existentis; ergo consensus utriusque notus est casu quo nobilitas existat. Secus est de illa forma contrahendi: *Accipio te in meam, vel Non accipio*, quæ nec consensus, nec dissentus determinatè significat. Et probat optimè potest ex *§. conditiones 6. insunt, de verborum obligationib. & leg. cum ad 38. de Rebus creditis*, ubi deciditur stipulatione sub conditione rei præterite nasci obligationem: tamen si contrahentes ignorent appositam esse conditionem, nasci in quam obligationem non solum non renouandi consensus, & expectandi conditionis notitiam: sed etiam nasci obligationem de re stipulata, alias nulla esset differentia inter contractus sub conditionibus præteritis ignoratis ac sub conditionibus contingentibus futuris.

§. II.

De matrimonio sub conditione honestæ futuri temporis.

1. *Si conditio est necessaria non impedit matrimonij valorem.*
2. *Idem est dicendum de conditione contingente insallibilis futuri.*
3. *Secus de conditione absolute contingente.*
4. *Adueniente conditione matrimonium subsistere absque novo consensu negant plures.*
5. *Verius est oppositum.*
6. *Fit satis rationibus num. præced. allegatis.*
7. *Quando censentur impleri conditio, si patri placuerit.*
8. *Satisfit fundamentis secunda sententia num. 4. relata.*
9. *Non archantur contrahentes ad procurandam conditionis executionem.*
10. *Illis in locis in quibus Concil. Trid. receptum est, negat Sanch. Parochium, & restas assistere dere conditionis executionem.*
11. *Contrarium verius existimo.*

1. **C**onditio honesta futuri temporis alia est necessaria, alia contingens. Si sub conditione necessaria contrahatur, cuiusque necessitate cognoscatur, tamen Basil. lib. 3. de matrim. cap. 1. num. 12. censetur suspendi consentum, & matrimonium usque ad conditionis eventum, verius est oppositum, eo quod prædicta conditio non tam ad suspendendum consentum, quam ad eius certitudinem demonstrandum censeri debet apposita, vt rectè tradit Henric. lib. 1. 1. Sanch. lib. 5. disputat. 2. num. 6. Rebell. 2. part. de obligat. iustit. lib. 2. quest. 10. num. 13. Egid. de Coninch. disput. 29. dub. 1. num. 8.

2. Idem dicendum est de conditione contingenti infallibiliter futura, qualis est, si Antichristus venerit, quia ratione suæ infallibilitatis reputatur quasi necessaria, idè quod non censeri debet apposita ad suspendendum consentum, sed ad eius certitudinem demonstrandam, vt docet Sanch. supra, & Rebell. num. 14. Neque obest esse nobis incertum, quo die Antichristus venturus sit, ob quam incertitudinem placuit Covarr. 2. part. cap. 2. §. 2. num. 11. Henric. lib. 11. de matr. cap. 12. num. 4. Basil. Ponce, lib. 3. cap. 1. num. 13. consentum suspendi usque ad conditionis eventum, quia vt bene Sanch. & Rebell. docent, non contrahitur sub hac incertitudine, non enim dicitur se Mariam in coniugem suscipere, si Antichristus intra tale tempus nascatur, sed solum dicitur, si Antichristus nascatur, quod certum est, & infallibile, & tunc sic cogitatum. Quare non in vi conditionis censeri debent ea verba posita, sed in vi demonstrationis, & causalitatis, ita vt præsentent hunc sensum, sicuti est certum Antichristum venturum esse, sic certum esse visse Mariam suscipere.

3. Si vero sub conditione contingenti, & honesta contrahatur manifestum est matrimonium suspendi usque ad conditionis eventum, quia usque ad illud tempus non habes animam tradendi corpus, vt etiam colligitur expressè ex cap. de illis, super eo cap. fin. de conditionibus, appositis, & leg. 1. c. 3. tit. 4. part. 1.

4. Difficultas autem est, an adueniente conditione matrimonium subsistat absque nouo consentu? Negat Bonaventura in 4. d. 28. quest. 3. Durand. ibidem. quest. 2. ad 1. Sotus in 4. d. 29. quest. 2. art. 1. concl. 3. Henric. lib. 11. cap. 11. Basil. Ponce alius relatis, lib. 3. cap. 14. num. 3. Mouetur primò ex cap. super eo de condit. appositis, vbi consentientem sub conditione futuri temporis dicitur non esse censendum de præsentibus consentire, neque cogendum ad contrahendum usque ad conditionis eventum, ergo adueniente conditione cogi debet, alias matrimonium non subsistat, cum absque consensu de præsentibus subsistere non possit. Secundo in cap. per tuas, eodem, dicitur talem contractum sponsalia constituit, ergo non matrimonium.

Prædictæ sententiæ adhærent Rosella verb. Matrimonium in 4. d. 29. quest. 2. num. 13. Victoria, num. 258. & alij, cum matrimonium sub prædicta conditione futura celebratur ad inhabilibus v.g. cum consanguinei, alioque impedimento ligati contrahunt sub conditione, si Pontifex dispensauerit, quia matrimonium constitui non potest alio consensu quam legitimo, consensus verò elicitus ab inhabilibus illegitimus est.

5. Nihilominus est prædictæ sententiæ probabiles sint, probabilior est affirmans matrimonium constitui adueniente conditione absque nouo consensu, vt docuerunt Innocent. cap. super eo de condit. appositis, in fine. Abbas, cap. de illis eodem. numero 5. Nauarr. cap. 22. numero 63. c. 64. Paludan. in 4. d. 29. quest. 2. art. 1. sub finem. Sanch. alius relatis, lib. 5. disput. 8. num. 5. Egid. Coninch. disput. 29. dub. 1. concl. 3. c. 5. De iuribus que ex leg. potior 11. ff. qui potiores in pignore & leg. huc venatio 7. ff. de contrah. ad empt. vbi statuitur contractum initum sub conditione, ea adueniente firmum, & stabilem reddi absque vlla additione. Sed nihil speciale est in matrimonio statutum. Ergo matrimonium sub conditione futura initum ea adueniente firmum est. Et ratio ea est, quia consentiens ex tunc in matrimonium sub conditione futura, verum consentum de presenti habet, qui si adueniente conditione reuocatus non sit, præsens moraliter est, & omnino perfectus, & absolutus. Ergo sufficiens est ad matrimonium constituendum. Quo d' optimè explicari potest ex modo, quo matrimonium de presenti communitè contrahitur, prius enim suum consentum exprimit vir sub conditione tamen in se imbibita, quod mulier consentiat, qua consentiente opus non est, vt vir deus consentiat, sed eius consensus qui in se conditionalis erat ante mulieris consentum redditur absolutus, & perfectus mulieris consensu adueniente.

6. Neque his obstant oppositæ sententiæ fundamenta. Ad primum ex cap. super eo respondeo. Pontificem solum definitum ante aduentum conditionis cogendum non esse ad contrahendum, ea verò posita indecimum relinquit, ac cogendum se contrahere. Adde ibi non tam de contractu, quam de consummatione sermo erat, ad quam adueniente conditione optimè cogi potest. Ad secundum respondeo ex prædicto

Textu in cap. per tuas, nihil colligi: nam ibi mulier allegauit iuuenem secum de præsentibus contraxisse; e contra iuuenis dixit solum sponsalia sub beneplacito parentis celebrasse. Pontifex verò decidit ob copulam habitam à conditione recessum esse, ac proinde verum matrimonium præsumi debere.

7. Quod si roges, Quando censetur impleta ea conditio communiter apponi solita, si patri placuerit; Breuiter respondeo, si rogatus pater ita firmiter dissentiat, vt præsumi non possit breue tempus arbitrio prudentis, eius consensus obtinendum esse, conditio absolute deficit, secus verò si consensus eius obtineatur intra breue tempus, tamen est rebellis primum existerit sicuti censetur impleta conditio, si Pontifex dispensauerit, tamen primæ, & secundæ petitioni non acquieuit, si postmodum dispensationem concessit, vti docent Nauarr. cap. 22. num. 61. Pett. de Ledesma. quest. 47. artic. 5. dub. 7. Egid. de Coninch. disputat. 29. dub. 2. num. 28. Illud verò certum esse debet, vt tradit Sanch. lib. 5. disput. 7. num. 19. Coninch. disput. 29. dub. 2. num. 29. si pater obiit conditionem censendam esse impletam, quia spectato communi cursu ea conditio solum apponitur, ne matrimonium contra voluntatem patris cedat, nec illum offendat, quod eo mortuo cessat, vt bene Egid. & Sanch. supra notantur.

8. Ad fundamentum secundæ sententiæ nego consentum illum esse illegitimum, quia esto sit consensus inhabilitum, non tamen pro tempore quo inhabiles existunt, sed potius pro tempore quo habiles esse debent, quippe posita dispensatione, & sublato impedimento omnis inhabilitas tollitur. Quod si virgeas illam conditionem, si Pontifex dispensauerit esse impossibilem, & reiciendam, vt potè pendentiem à voluntate Principis iuxta leg. apud Iulianum, alias idem Iulianus, 4. §. fin. ff. de legatis? Respondeo id esse verum, quando Princeps non solet dispensationem concedere, secus quando solitus est dispensare tamen cum difficultate, vt diximus Disput. præced. vbi de sponsalibus conditionis sermo habitus est.

9. Procurare autem executionem conditionis, scilicet consentum parentis, vel Pontificis dispensationem nemini ex contrahentibus per se incumbit, nisi ad id se specialiter obligauerit, sed solum ei incumbit qui cupit contractum perfici, vt rectè Coninch. notauit disput. 29. dub. 2. in fine: expensæ autem vtrique communes esse debent, quia negotium vtriusque commune est.

10. Secunda difficultas est, An illis in locis, in quibus Conc. Trident. receptum est debeant Parochus, & testes non solum conditionato consensu, sed conditionis impletioni assistere? Negat Sanch. lib. 5. disput. 8. num. 24. & affirmat satis esse, si consensui assistant, tamen conditionis impletioni non assistunt. Mouetur, quia non debent testes, & Parochus plene de matrimonio testari, sed satis esse, si de mutuo consensu de presenti testentur; vt patet cum matrimonium per procuratorem celebratur, in quo opus non est, quod Parochus, & testibus constet de mandato concessio, neque item cum consanguinei contrahunt opus est Parochus, & testibus dispensationem ostendere, neque item puberes, de quibus non satis constat, an obtineant pubertatem, teneantur Parochus, & testibus id probare, ergo licet Parochus, & testes conditionis executionem non videant, sufficit si consensu mutuo præsentis fuerint, quia ille consensus posita conditione matrimonium constituit.

11. Cæterum verius censeo cum Egid. disput. 29. num. 15. Gaspar Hurtado, disput. 7. de matrim. difficult. 7. num. 24. debere Parochum, & testes conditionis executioni assistere, alias non assistent matrimonio, quia ille consensus matrimonium non constituit, nisi eo tempore, quo conditio impletur, ergo si impletioni conditionis Parochus, & testes præsentis non fuerint, nequaquam dici possunt præsentis fuisse consensui, quatenus matrimonium constituit, atque adeo nec matrimonio præsentis fuisse. Secus verò est in illis exemplis adductis, siquidem posito mandato, dispensatione, & pubertate, tamen Parochus, & testibus ignota sint, præsentis adsunt consensui matrimonium constituenti.

§. III.

De matrimonio sub conditione impossibili contracto.

1. Matrimonium non vincitur ex conditione impossibili.
2. Subintelligitur de conditione impossibili per naturam.
3. Non de conditionibus impossilibus perplexitatis.
4. Item non intelligitur de conditionibus impossilibus ex accidenti.
5. Neque de conditionibus impossilibus de presenti, nec de præterito.

1. **E**rrum est omnes contractus excepto matrimonio, & vltimæ voluntatis dispositione nullos esse appositæ conditione impossibili, ex §. si impossibilis in iur. de

impossibilibus stipulari. ibi: Si impossibilis conditio stipulationibus adiciatur, nihil valet stipulatio. Et ex leg. non solum § ff. de actionib. Et obligat: & rationem subdit lex, quia omniū ea cogitatio est, ut nihil agi existimat appositae ea impossibili conditione. At in matrimonio ob eius fauorem inquit Gregor. IX. cap. fin. de conditionib. appositae contrarium dicendum est, quia ex praedicto cap. conditio impossibilis reicitur, & habetur pro non adiecta, ac proinde contractus purus remanet. Quod si dicas Pontificem non posse concessam loco dissentis subrogare, qui autem sub conditione impossibili contrahit, manifeste dissentit contractui, ergo nequit Pontifex iudicare matrimonium validum esse. Respondeo, si manifeste constaret contrahentem vel ignorare impossibilitatem conditionis appositae, vel legem reicientem a contractu praedictam conditionem, vel tandem conditionem appositae animo illi inhaerendi, Pontifex matrimonium validum non praesumeret: at quia credit Pontifex contrahentem ignarum non esse impossibilitatis conditionis, nec legis reicientis illam a contractu, merito praesumit non serid, sed ioco similem conditionem apponere, ideoque praesumit matrimonium validum esse. Quapropter ut matrimonium, cui conditio impossibilis appositae est validum praesumatur, debet praesumi contrahens conscius esse, tum impossibilitatis conditionis: tum legis reicientis eam a contractu coniugali. Atque ita aliis relatis docent Couaruu. 4. decret. 2. part. cap. 3. §. 2. Sanch. lib. 5. disp. 3. num. 11. Coninch. disp. 2. n. 42. Pasfil. Ponce, lib. 3. cap. 3. n. 3.

2. Haec tamen sententia, & decisio Pontificis limitanda est, ne procedat in conditionibus impossibilibus de facto, sed solum in conditionibus impossibilibus per naturam. Nam ea quae spectata hominum natura possibilia sunt, non absolute debent impossibilia vocari, sed difficilia. Cum igitur decisio haec Pontificis ius commune corrigat extendenda non est, sed potius limitanda. Praeterea in dispositione vltimae voluntatis ius civile solum conditiones per naturam impossibiles reicit: non autem eas, quae tantum de facto impossibiles sunt, ut manifeste conuincit §. si impossibilis, in sit. de inu. titib. stipulari. ibi: Cui natura impedimento est. Et docuit aliis relatis Molin. lib. 2. de primogenitis capite 12. numero 37. At Pontifex censendus est eas conditiones impossibiles reicere a matrimonio, quas ius civile reicit ab vltima voluntate, ut sic iura iuris conformia sunt. Ergo. Et ita docet Couaruu. 4. decret. 2. part. cap. 3. §. 2. Pasfil. Ponce, lib. 3. de mart. cap. 3. numero 15.

3. Secundum limitatur a Basili. num. 17. ne procedat in conditionibus impossibilibus perplexitatis ex leg. si Titius ff. de conditionib. in sit. vbi dicitur, si Titius haeres erit, Seius haeres esse, nequit enim vtrique haereditas competere, ideoque institutionem vitiat. Cum ergo ab vltima voluntate haec impossibilitas non reiciatur, neque a matrimonio censenda est reici.

4. Tertio limitat idem Basili. dicto cap. 3. num. 18. Sanch. aliis relatis, lib. 5. disp. 4. num. 16. ne procedat in conditionibus impossibilibus ex accidenti, & lapsu temporis, Argum. leg. cum tale, 72. ff. de condit. Et demonstr. Et ratio esse potest, quia ea quae ex accidenti impossibilia sunt, simpliciter non sunt impossibilia. Non igitur decretum correctorium ad ea impossibilia extendendum est.

5. Quarto limitat Basili. cap. 4. num. 12. sequens Petr. de Ledelm. de matr. quest. 47. art. 5. dub. 1. §. hoc posito fundamento. Rebelle de oblig. in sit. l. 2. quest. 10. sect. 4. in fine, ne procedat in conditionibus impossibilibus de praesenti, vel de praeterito, quia haec non sunt proprie conditiones, sed demonstrationes, Pontifex autem solum reicit a matrimonio conditiones impossibiles, non igitur censeri debent reiectae ea, quae proprie conditiones non sunt. Neque obest quod praedictae conditiones, seu demonstrationes reiciantur ab vltima voluntate ex leg. si Mauius, 45. ff. de haereditibus instituend. vbi ea conditio si filia testatoris viui reicitur casu quo testator nunquam filiam habuerit, quo argumento mouetur Couaruu. 4. decret. 2. part. cap. 3. §. 1. num. 2. Sanch. aliis relatis, lib. 5. disp. 4. numero 3. ad asserendum praedictas conditiones a matrimonio reici. Non inquam obest, quia in his quae pendet a iure positio non licet argumentum fumere ad extendendum correctorium decretum, & faciunt ea quae statim in §. sequenti dicam.

§. IV.

De matrimonio sub conditione turpi contracto.

- 1. Conditio turpis substantia, bonisque matrimonij non repugnans reicitur.
- 2. Ea conditio: Si te in concubitu virginem inuenero, ut turpis reicienda est.
- 3. Conditio turpis substantia, bonisque matrimonij repugnans matrimonium vitiat.

- 4. Qua censentur conditiones matrimonio contraria.
- 5. Si contrahas sub conditione nunquam reddendi debitum, v. g. an plures subsistere matrimonium.
- 6. Verius est oppositum, si attentè consideretur.
- 7. Satis est oppositum rationibus.
- 8. Quid si contrahas sub obligatione vitandi prolem.
- 9. Si conditio matrimonio contraria ab vno ex contrahentibus apponatur, tametsi ab alio non acceptetur, matrimonium vitiat.

1. **C**onditionem turpem, quae substantiae, bonisque matrimonij non repugnat decernit Pontifex in dicto cap. fin. de conditionib. appositae. habendam esse pro non adiecta, eo quod praesumit non serid, sed ioco esse appositam fuisse. Quapropter si contrahas cum Maria ea conditione, ut tecum foretur, aliaue peccata committas, valet contractus statim reiecta illa conditione. Praeterquam quod haec conditio reputari debet vt impossibilis, quia id possiduum, quod iure possiduum. Et licet in aliis contractibus haec conditiones turpes non reiciantur, neque vt impossibiles reputentur, at in matrimonio vt potè sacramento aequum non erat id admittere, ideoque ob eius fauorem fuerunt a Pontifice reiectae. Quid intelligendum est de conditionibus futuris, non praesentibus, vel praeteritis. Nam si cum Maria contrahas sub ea conditione, si futurum commiseris praedicta conditio non reicitur, quia non est propria conditio, neque ad peccatum inducit, vt dixit Sanch. disp. 15. num. 5. Lessius, lib. 2. de iustit. capite 18. numero 122.

2. Ex his dicendum est, an ea conditio: Si te in concubitu virginem inuenero: Si mihi in concubitu placueris, reicienda sit vt turpis: Et respondeo semper vt turpem esse reiciendam (quidquid Thom. Sanch. disp. 16. num. 5. dicit) quia nunquam intelligi potest de concubitu licito, siquidem concubitus licitus esse nequit ante matrimonium. At praedictas concubitus vt potè sub conditione ad matrimonium expositulatus necessario matrimonium antecedere nequit, ergo nequit esse licitus, vt bene notauit Basili. Ponce, lib. 3. cap. 3. n. 1. §. 7.

3. Dixi conditionem turpem, quae substantiae, bonisque matrimonij non repugnat reiciendam esse, vt tacite inferrem conditionem substantiae matrimonij contrariam a matrimonio contractu non reiciend. illum omnino vitare, vt praesens habetur in dicto cap. fin. de conditionib. appositae. Et tradunt omnes. Erratio est manifesta, quia apponens conditionem matrimonio contrariam manifeste conuincitur non retum matrimonium contrahere velle.

4. Illae autem conditiones censendae sunt matrimonio contrariae, quae cum matrimonio, eiusque vinculo consistere non possunt. Quocirca cum matrimonium essentialiter contineat perpetuam, & mutam corporum traditionem ad conjugalem copulam, & mutam obligationem seruandi eadem, reddendi debitum quoties legitime fuerit petitum, itaque obligationem non impediendi generationem prolem Christianè educandi, quaelibet conditio, quae praedictae contraria sit matrimonium vitiat, vt tradunt omnes Doctores. Quare si contrahas cum Maria sub ea conditione, ne concubitu inuenias, manifeste vitias contractum, quia non intendis te Mariae in perpetuum tradere, quod est de essentia matrimonij. Idemque est si contrahas sub ea obligatione, vt sterilitatem procuret, prolem ex te, alteri se copulandum tradat, quia haec illicitae obligationes excludunt directè obligationes, quae ex matrimonio proueniunt, sub his conditionibus enumerandam censet obligationem abiciendi prolem aletandam, si de abiectione illicita sermo sit, quippe iure naturae parentes prolem aetate tenent, cum possunt, neque alij sunt, qui voluntarie hoc manus suscipiant.

5. Solum est difficultas, si contrahas sub conditione nunquam reddendi debitum, an subsistat matrimonium? Negat subsistere Sotus in 4. d. 29. quest. 2. art. 3. Couaruu. 4. decret. part. cap. 3. §. 1. Henric. lib. 1. cap. 4. Sanch. lib. 5. disp. 10. Layman. lib. 5. tract. 10. cap. 7. num. 9. Mouentur, quia haec obligatio subsistere non potest cum obligatione reddendi debitum, quae secum trahit matrimonium. Item obligatio vitandi prolem contraria est matrimonio secundum communem sententiam: ac obligatio nunquam se copulandi est virtualis obligatio vitandi prolem, cum absque copula proles esse non possit.

6. Nihilominus verius est praedictam conditionem, si sano modo sumatur contrariam non esse matrimonio, quippe matrimonium ex sua essentia includit obligationem iustitiae reddendi debitum, quoties legitime fuerit petitum, ac iuste non peritur, si contrahens iuri petendi cessit simplici sua promissione, vel voto. Ergo obligatio non reddendi debitum supposita cessione iuris petendi, obligationi coniugali non obstat. Si enim post contractum matrimonium ex mutuo consensu cedere possunt iuri petendi, & ea cessione facta nullus alteri obligatur reddere, cur a principio

eam cessionem prestare non poterat, & ab obligatione reddendi excusari. Atque ita docent Rebelle lib. 2. quest. 10. sect. 3. F. gid. disp. 24. dub. 4. Gaspar Hurtado disp. 7. de matrim. diff. 1. §. 1. num. 3.

4. Ex quibus solutum est opposita sententia fundamentum. Non enim qualibet exemptio reddendi debiti est contraria obligationi reddendi debitum, quae ex matrimonio conficitur; alias contractio matrimonii non licere ob vnius fornicationem diuoriorum, neque ex vnius consensu posset alter religionem ingredi, neque sibi iniucem cedere iuri petendi, nam in his omnibus cessat obligatio actualis reddendi ob illegitimitatem petitionem, maxime obligatione per se reddendi quoties legitime fuerit debitum petiui. Ad confirmationem nego quamlibet obligationem vitandi prolem esse matrimonium contrarium, sed solum obligationem inique vitandi prolem, haec enim est quae opponitur obligationi generandi.

8. Notante dixi, si contrahis sub obligatione vitandi prolem, &c. nam si contrahis non sub obligatione, sed sub conditione propria proli inique vitandae Iudocia Lopez, 2. part. in sententia capite 42. & plures relati a Sanch. lib. 5. disp. 9. numero 8. censent contractum subsistere reiecta illa conditione vtopotē turpi. Sed verius est oppositum, eo quod illa conditio consensus requisitum ad matrimonium delinuat. Nam eo ipso quo vis contrahere sub ea conditione vitandi prolem, vis contractum non esse perfectum, quousque proles vitetur, alias non esset apposita sub conditione rigorosa. E contra vero prolem vitare intendis post matrimonium contractum. Ergo haec voluntates sibi inuicē repugnant, ac proinde matrimonium vitant, sicuti docent Couarua. 2. part. capite 3. §. 1. num. 7. Sanch. lib. 5. disputat. 9. num. 9. Coninch. disp. 29. dub. 3. numero 40. Basil. Pontec. lib. 3. capite 9. §. numero 11.

9. Sed quid si conditio matrimonii contraria ab vno ex contrahentibus apponatur, & ab alio non acceptetur? Couarua. 4. decret. 2. part. capite 3. §. 1. numero 11. censet non vitare contractum, quia seclusa acceptatione nullam vim conditio habet, sed reiecta censetur. Ceterum viciu consensu cum Sanch. lib. 5. disp. 13. num. 5. matrimonium vitare, nam esto ab alio qui conditionem acceptare debebat reiecta sit, nullamque habeat vim obligandi, at denotat apponentem illam conditionem velle sub illa tantum consentire, & non aliter dominium sui corporis transferre, ideoque ex defectu consensus matrimonium non subsistit.

§. V.

An tempus, causa, & modus matrimonio appositus obstat illius valori?

- 1. Tempus futurum adiectum matrimonij contractui aequi suspendit matrimonium, ac conditio.
- 2. Causa, seu demonstratio non obest valori matrimonij, nisi sit error in persona, vel conditione.
- 3. Modus matrimonij essentia contrarius contractum non vitat, nisi alij contrarium sentiant.

1. Tempus futurum adiectum matrimonij contractui per verba de praesenti aequi matrimonium suspendit, quousque adueniat tempus, ac suspendit conditio futura, quia in vtroque casu non est consensus perfectus adueatum tempore, vel conditionis. V. g. contrahis cum Maria in Quadragesima per verba de praesenti, illamque accipis in vxorem à die Paschatis, ex Paschatis assignatione constat te nolle Mariam in coniugem ante habere, bene tamen adueniente Paschate.

2. Causa vero, seu demonstratio matrimonij valori non obest, nisi sit error in persona, vel libertatis qualitate. Quocirca, si contrahas cum Maria, quia credis nobilem, diuitem, & quae sic non est, alias non contracturus, matrimonium tenet, quia causa nobilitatis, & diuitiarum existimata non est finis, & obiectum consensus, sed causa illius motiva, cuius error licet in aliis contractibus praestet sufficientem dissolutionis causam, secus in matrimonio, in quo solum error personae iure naturae matrimonium vitat, quia est error consensus in obiectum, & iure positio error in conditione libertatis, tamen causa consensus motiva fit.

3. Modus matrimonij essentia contrarius contractum vitat secundum Sanch. lib. 5. disp. 19. Egid. Coninch. & disp. 29. dub. 4. concl. 6. Laym. lib. 5. tract. 10. cap. 7. circa finem, eo quod sic contrahens consentit in matrimonium sub intentione, quod alter subeat obligationem matrimonio contrariam. Sed reclusis Sotus in 4. d. 29. quest. 2. art. 1. & Pet. de Ledesma. quest. 47. art. 5. dub. 3. contrarium firmant, nam ea est differentia inter conditionem, & modum, quod conditio suspendit consentum quousque adueniat, & modus autem consentum non suspendit, sed potius perfectum supponit matrimonio perfecte constituto nequit ex vilo modo dissolui. Ergo, Et ex-

plicatur amplius. Contrahis cum Maria ea intentione, vt ipsa obligetur vitare prolem sterilitatis venena sumens, contractus sine dubio tenet ipsa non obligata, quia illius obligationem non postulasti, vt conditionem ad consentum, sed tuo consensu voluisti Mariam excitare ad eam obligationem subeundam, quam ipsa contractu admisso praestatissimè reiecit.

PUNCTUM XII.

De matrimonio ob metum inito.

- 1. Qui metus, & qualiter reddat irritum matrimonium?
- 2. Cogens ad matrimonium peccat mortaliter.
- 3. Coactus non peccat, si ex animo verba proferat.
- 4. Princeps Ecclesiasticus, vel secularis cogere minis, vel terroribus ad matrimonium requit.
- 5. Excommunicantur faculares Principes ad matrimonium cogentes.
- 6. Parentes non possunt cogere filios ad matrimonium, si velint religionis, vel calibatus statum eligere.
- 7. Ex suppositione quod velint filij matrimonium contrahere, affirmant plures obligari a parentibus posse ad determinatum matrimonium.
- 8. Oppositum verius est.
- 9. Explicatur doctrina.
- 10. Salsit cap. 1. de desponsat. impuber.
- 11. Qualiter filij obligati sint consilium a parentibus requirere, cum matrimonium velint contrahere?
- 12. Qualiter parentes possint filios contra suam voluntatem nuptias exheredare?
- 13. Plures existimant leges exheredantes filios Iure Canonico esse abrogatas.
- 14. Contrarium censo probabilius.
- 15. Soluitur opposita ratio.
- 16. Causa in illa exheredationis sufficiens, vt alimenta denegetur praeter ea quae necessaria sunt sustentationi.
- 17. Filia minori 23. annis nubens absque patris consensu, & sine promissione dotis, non tenetur patrem dotem constituere.
- 18. Si filia minor sit 25. annorum tenetur patrem eam dotare.

1. **P**uta, quae in hoc puncto essent tractanda pro tenuitate nostra decisa reliquimus 1. part. tract. 1. de peccatis disp. 1. a punct. 6. ibi enim explicui quis sit metus grauis, quis leuis, & quae illum constituant, & qualiter probetur, & an ex illo rescindatur contractus, vel veniat rescindendus quaque ratione metus grauis obstat, reddatque contractum nullum; Nam esto in aliis contractibus metus grauis iniuste incussus nullitatem ipso iure non inducat, inducit tamen in matrimonio, cap. cum locum, 1. 4. cap. veniens de sponsalib. & cap. 2. de eo qui duxit consanguin. vxor. & tradunt omnes, eo quod alij contractus est validi rescindi possunt auctoritate Iudicis, at matrimonium semel validum nulla auctoritate humana rescindi potest. Dixi metus grauis, nam metus leuis nec matrimonium annullat, neque alios contractus rescindit; vt loco citato latius probaui, & colligitur aperte ex cap. cum delictus e. de his qua vi, mensura causa sum. leg. nec timore 6. ff. de eo quod metus causa. Alias omnia essent incerta, cum ratio à metu leui contractus excusetur. Insuper dixi iniuste incussus, nam iuste, & licite incussus contractum inualdere nequit, quia tunc metus non tam infertur ab extrinseco, quam ab ipso pariente metum qui illius causam dedit, neque tam incutitur metus ad extorquendam, contractum, quam contractus proponitur vt medium vitandi metum, cuius causam ipse dedit.

2. Quocirca quadruplex difficultas enodanda venit. Prima, Quae obligatio oriatur in cogente ad matrimonium, & tam ipse, quam coactus peccent sic contrahendo? Qua in re certum est cogentem ad matrimonium peccare mortaliter, eo quod per iniuriam extorqueat ab alio rem grauem, & difficilem, qualis est matrimonium, non tamen videtur obligatus in matrimonium consentire, coacta postmodum libertate voluntate, nisi forte ad iniuriam factam reparandam iudicatum fuerit necessarium, quia solum ex ratione iniuriae, & damni illati obligari potest, non ex contractu, qui etiam in exteriori foro nullus est, ergo si aliunde iniuria, & damnum datum reparari potest, non tenebitur cogens matrimonium inire, vt bene notauit Sanch. lib. 4. disp. 1. §. num. 1. Ochagauia de matrim. tract. 3. quest. 30. Gaspar Hurtado disp. 6. difficult. 4. aduersus Nauarr. cap. 21. numero 51. Henric. lib. 1. cap. 10. Coninch. disp. 28. num. 7. Basil. lib. 4. cap. 17. contrarium sententias.

3. Coactus tamen non peccat matrimonium contrahendo, si proferat verba animo se obligandi, etiam si cognoscat se obligatum non esse, quia tunc nullum committit mendacium, cum idem quod habet in mente verbis proferat, vult enim quantum est ex se obligare, & hanc voluntatem verbis explicat, Ex alia parte nullam iniuriam Sacramento intro-

gar: quia contractus metū extortus irritus est, & consequenter nec materia, nec forma Sacramenti esse potest. Secus contingit, quando quis compelleretur profertē formam Sacramenti super materiam indebitam, quia tunc iniuriā inrogat Sacramento, cum eius formam irritam faciat, sicut docuit Nauarr. cap. 28. Sotus in 4. d. 29. quest. 1. art. 3. v. s. v. r. v. r. v. d. Coninch. disp. 28. dub. 3. Sanch. aliis relatis lib. 4. disp. 16. num. 6. Si verò non verè, sed fide verba profertur nulla restrictione mentis retenta, peccatum committeret ob mendacium: leue tamen; quia non tenetur consentire, à quo peccato posset facillè excusari, si cum æquiuocatione, restrictioneque intellectus ea verba profertur, scilicet: *Accipio te in meam*, si teneor, vt bene notatur Sanch. dicta disputat. 16. numero 2. Coninch. disputat. 28. dub. 3. initio Basil. lib. 4. cap. 16.

4. Secunda difficultas, Qualiter Princeps Ecclesiasticus, vel secularis cogere subditos possit ad matrimonium? Et quidem minis, & terroribus cogere illicitum est, & inutile, cum matrimonium metu contractum nullum sit.

5. Quapropter Concilium Trid. sess. 24. c. 9. de reformat. dominos temporales iniuste cogentes ad matrimonium anathematis pœna ipso facto incurrenda punit: & licet Alphons. in appendic. ad specul. coniug. 1. part. art. 9. concl. 6. censet hanc pœnam esse maledictionem quandam solemnem, non excommunicationem, siquidem Concil. eadem sess. 6. cap. 6. volens raptorem pœna excommunicationis ferire id expressit. Nihilominus verius & receptius est Concilium nomine anathematis excommunicationem intellexisse: tum quia nomine anathematis excommunicatio maior intelligitur, Argum. Textus, in cap. debent. 11. quest. 3. & cap. s. 30. quest. 4. Tum quia maledictio solemnis cum à Iudice ferenda sit, non potest ipso facto incurri. Atque ita tradunt Sanch. lib. 4. disp. 22. num. 8. Suar. de censur. sect. 2. Gutier. cap. 79. num. 10. Coninch. disp. 28. dub. 5. num. 48.

Notanter dixi, Cogentes ad matrimonium, non enim impediētes matrimonium hac pœna excommunicationis feriuntur, vt bene aduertit Henric. lib. 11. cap. 6. Gaspar Hurtado disp. 6. difficult. 7. num. 26. Deinde Cogentes iniuste, nam iuste nulla pœna digni sunt, cum nullam iniustitiam committant. Quare si obligatus sis contrahere matrimonium, vel quia promissisti, vel quia virginem violasti, vel alia de causa, & Princeps secularis te mediis iustis cogat, nulla pœna afficitur, quia pœna supponit culpam, quæ in tali coactione nulla est. Præterea non omnes cogentes, hanc pœnam excommunicationis incurunt, sed solum domini temporales iurisdictionem in foro seculari habentes, aduersus enim hos excommunicatio fertur, quia de illis tantum est sermo in prædicto cap. Si ergo tenebantur ex proprio officio subditos à coactione tueri, merito ergo puniuntur, si coactionem inferant. Quocirca neque parentes cogentes filios ad matrimonium hanc excommunicationem incurrunt, quia iurisdictionem in foro seculari non habent, neque item Parochus ob eandem rationem, neque Episcopus qui Dominus temporalis, non est, vt bene notatur Sanch. lib. 4. disp. 22. num. 9. Coninch. disp. 28. dub. 5. Henric. lib. 1. cap. 6. Gutier. cap. 79. num. 12. aduersus Ludouic. Lop. 1. part. instr. cap. 44. Albornoz. lib. 4. de arte contractuum. cap. 1. Neque item Rex, aut Imperator, nam esto sint Domini temporales propter eorum dignitatem debebant necessariò exprimi, vt excommunicatione inmodarentur iuxta Conc. Trident. sess. 22. c. 11. de reformat. & in Bulla coena, & tradit Henric. Sanch. & Gutier. loc. alleg.

6. Tertia difficultas, Qualiter possint parentes cogere filios ad matrimonium contrahendum, ipsique teneantur obedire? Si filij aliàs non tenentur matrimonium contrahere, sed volunt religionis, vel cœlibatus statum eligere, nequaquam possunt parentes etiam leniter eos ad matrimonium contrahendum obligare, quia iniusta est obligatio, quæ status melioris electionem impedit, sicuti bene docent ex communi sententia Sanch. disp. 23. num. 4. Gutier. de matrim. cap. 79. num. 17. E contra verò si filij matrimonium contrahere tenentur, vel quia promiserunt, vel quia id necessarium est, vt graui parentum necessitati succurrere possint, aut ob aliam causam, possunt à parentibus coactione moderata obligari, quia potestatem habent obligandi filios, vt iure naturæ debitis satisfaciant, vt rectè aduertit Ægid. Coninch. disp. 28. de matr. dub. 5. num. 50. Gutier. plures referens de matrim. cap. 79. numero 16.

7. Ex suppositione autem, quod filij nolunt statum religionis, aut cœlibatus eligere, neque obligationem habeant cum determinata persona matrimonium contrahendi affirmant Sotus in 4. d. 19. quest. 1. art. 4. volum. 3. Nauarr. in sum. cap. 14. num. 15. Rodrig. 1. i. sum. 2. edit. cap. 231. num. 6. Ludouic. Lopez in suo instr. 1. part. cap. 54. s. sed aduertitur. Capua, lib. 2. decis. cap. 55. num. 19. Rebell. quest. 14. sect. 2. Bellarm. lib. 1. de matr. cap. 19. obligatos esse filios sub culpa lethali illud matrimonium inire, quod vel parentes promiserunt, vel aliàs iudicant conueniens, & vt sic contrahendum præci-

piunt. Mouentur ex Textu in cap. 1. de desponsat. impuber. in fine, vbi de matrimonio, quod à parentibus promissum est, inquit Pontifex: & postquam filius peruenit ad perfectam ætatem omnino debet hoc adimplere. Notandum enim est verbum debet, quod necessitatem, & obligationem importat ex Glossa in cap. proposuit. verbo, non debet, de appellacionib. & in Clement attendens de Statu monachor. in princ. verbo, debeant, & aliis relatis à Sanch. lib. 4. disp. 23. num. 2. Neque hoc alienum iudicandum est à potestate parentum, quibus incumbit filiorum nuptias procurare, quique solent grauissimè offendi, si contra eorum voluntatem filij audeant matrimonium inire.

8. Rectius tamen Richard. in 4. d. 29. art. 1. quest. 4. Abulen. 1. Reg. cap. 18. quest. 24. Sanch. aliis relatis, lib. 4. disp. 23. num. 3. Gutier. de matrim. cap. 79. num. 15. Coninch. disp. 28. dub. 5. num. 50. censent nulla per se obligatione astringi filios ad matrimonium contrahendum, quod vel parentes supponerent vel contrahi præcipiant, eo quod matrimonium est quædam perpetua feruitus grauissima secum onera adductus, quam non decet aliena, sed propria voluntate subire, præcipue cum debeat hæc feruitus sub muro coniugum amore constitui, qui raro habetur ex matrimonio aliena voluntate contracto.

9. Notanter dixi per se, nam per accidens obligati filij possunt ad matrimonium, quod parentes contrahere præcipiant ex suppositione quod velint matrimonialem statum eligere. Sed enim rationabiliter præsumunt ob speratam voluntatem parentum rixas, odia, aliæque graui incouenientia subortura esse, tenentur sub graui culpa ex lege charitatis hæc vitare, si commode possunt, vt bene notatur Sanch. lib. 4. disp. 23. num. 10. & 11. Gutier. de matr. c. 79. num. 20. Coninch. disp. 28. de matr. dub. 5. in fine.

10. Neque his obstat Textus adductus ex cap. 1. de desponsat. impuber. nam vt rectè Gloss. ibi: Hostiens. in fine. Ioann. Andr. num. 8. Sanch. disp. 23. num. 3. Gutier. cap. 79. num. 14. verbum debet non de præceptis de honestatis debito intelligendum est propter subiectam materiam, quæ summam libertatem exposulat. Et licet parentibus incumbat prouidere filiis nuptias, sicut & alium statum, non tamen tenentur filiorum voluntatem sequi, sicuti non tenentur religionem ingredi, quam parentes oprant, etsi velint eam perfectissimum statum eligere, nam in electione statum etiam determinati, quilibet est sui iuris.

11. Communiter verò Doctores affirmant obligatos esse filios nuptias contrahere volentes sub graui culpa consilium à parentibus, vel eorum locum tenentibus inquirere, esto illud sequi non teneantur, quia censetur grauis concensus in re ita graui consilium eorum spernere, quibus à natura incumbit filiorum hono proficere, quippe credendi sanum, & conueniens concilium esse datum. Sic Sanch. disp. 23. in fine. Gutier. lib. 1. can. qq. capit. 20. num. 3. & de matr. cap. 79. num. 10. Ægid. d. disp. 28. dub. 5. concl. 3. Quod intelligendum est, quando filij indifferentes sunt ad hoc, vel illud matrimonium inendum: nam si in vnum determinati: tamen si parentes contrarium consulant; nullatenus credo obligari filios consilium à parentibus requirere, vt potè nullus fraudus, & quod parentibus grauioris offensionis occasione præbere potest, idèque prædicti Doctores consulo dicunt hanc filij obligationem inesse consilium à parentibus requirendi, cum nulla in contrarium rationabilis causa existat.

12. Quarta difficultas, Qualiter possint parentes filium, aut filiam contra suam voluntatem nubentem exheredare, dotemque negare? Licet aliqui existiment iure communi, & regni Castellæ filiam indigno nubentem iniuste parentibus exheredari ab eis posse, vt constat ex his, que adducit Gutier. lib. 1. pract. q. 1. & 5. Sanch. lib. 4. de matr. disp. 24. & 25. At oppositum probabilius est, nisi puella quæ vixit quinquaginta annos nondum auigerit, & luxuriosam vitam degat relicto matrimonio à parentibus proposito, vt expresse traditur Authent. vt cum de appellat. cognosc. s. aliud quousq. ad finem. de leg. regia, s. tit. 7. part. 6. ibi: [Otroso quando el padre qui se le casara suya, ella dotale segun la riqueza que el ouiese, segun que pertenezca a ella ea aquel conuenien la quera casara. Si ella contra voluntad del padre dixere que no quera casara despues desto ficiese vida de mala mujer en puteria, poder laza el padre desheredat por tal raçon. Pero si el padre alonga el casamiento desu fixa de manera que ella pasale de edad de veynte y cinco años, si despues desto ficiese ella yerno, o emmiga desu cuerpo, o se casara contra voluntad de su padre, no popria el desheredarla por tal raçon.] Et licet aliquæ leges nostræ rigide videntur affirmare posse filiam iniuste parentibus nubentem exheredari ob hanc præcisè rationem, præcipue cum à parentibus matrimonium aptum, decens, & conueniens offerretur, vt decidi videtur leg. 10. tit. 1. part. 4. ibi: [Maguer que lano pueda a premiar lo que cumpla lo que el auia prometido pueda la desheredat, &c. E esto se entiendo de despues desto se casare ella con otro contra la voluntad de su padre,

padre, o fígale maldad de su cuerpo [Et] leg. 1. extenditur ad filios. Verum leges hae per 1.8. tit. 7. part. 6. cotre ete sunt, si quidem ibi dicitur. [Mas] si por alguna otra racon qualquier que no fuele de las sobredichas en estas leyes des heredade el padre a su hijo, nouladria el tal desheredamiento.] Et ita tenet Sanch. lib. 4. disp. 2. Molin. Theol. tract. 2. de iustit. disp. 176. pag. 109.

13. Dubitant autem Doctores, & merito, An leges hae, & aliae similes loquentes de penis appositis contrahenti matrimonium contra rationabilem voluntatem parentum Iure Canonico sint abrogatae. Affirmant abrogatas esse Panormit. alisque rellatis Couarru. 2. p. de matr. cap. 3. §. 8. num. 5. Cuiac. 3. de seruat. cap. 6. Azor. 1. p. lib. 5. in iust. cap. 2. §. pag. 473. Sanch. lib. 4. disp. 2. §. num. 2. Vazquez disp. 4. de matr. cap. 2. numero 24. Galpar Hurtado. disp. 6. de iustit. §. num. 3. Moutentur, quia Ius Canoniceum summam libertatem in matrimonio contrahendo requirit, id eoque penam sponsalibus appositam annullat. *cap. 1. de sponsal.* Ex hereditatio autem grauissima pena est libertati matrimonij maxime obstant. Praterca condere leges circa matrimonium, & de illarum obseruatione iudicium ferre potestatis Ecclesiasticae est, non civilis. *cap. 1. cum de Ordine cogniti. & capite causam et 2. Qui filij sint legitimi. cap. de sponsalibus.*

14. Verum contraria sententia mihi probabilior est, quam defendunt Iohes Clarus *pract. q. 82. num. 12.* Sotus *in 4. d. 29. q. 1. ad 4. An. Gomez ad leg. 19. Tauri, num. 2.* Molina Iulian. *de iustit. disp. 176. num. 24. pag. 103.* Ferdinand. Rebell. *de matr. qui §. 14. sect. 3.* Petr. Gregor. *lib. 1. Ferd. agm. cap. 3. num. 2.* Basil. Ponce. *lib. 2. de matrim. cap. 1. numero 29.* & alij plures ab eisdem relati Mouer, qui appositio pena filiae nubentis contra voluntatem parentis rationabilem, maxime si nubat indigno, & luxurioso vitam degat, non est causas matrimoniales iudicare, neque matrimonij contractus impedire, sed bono filiorum prouidere, & coniugij abusu impetire, inimicitias, odia, & dissensionis vitare, quae regulariter ex matrimonio contra voluntatem parentum intro omni solent. Adde hanc exheredationem non penam, sed penam negationem esse iudicandam, quippe filius iure naturae solum debentur alimenta, quae illis ad vitam necessaria funtione: harriditas autem, & successio iure postico est introducta. Merito ergo ius ipsum posticum praedictam successio nem denegare potest filius voluntati parentum iusta in re tam graui contradicentibus, si uel solent maiorans denegari iis qui in partes nuptias contrahunt.

15. Hinc contraria ratio soluta manet, nam esto exheredatio pena sit, non tamen est constituta ad impediendum matrimonium, sed ad impediendum illius abulum. Neque Textus in *cap. prima, de sponsal.* nobis aduersatur, ibidemini prohibetur pena conuentionalis apposita recedentibus a matrimonio yconque contracto, ex qua prohibitione non licet inferre prohibitam esse penam appositam nubentibus contra naturam voluntatem parentum, quia haec appositio pena nullum matrimonio praedictum affert, sed potius eius finem promouet, & contrahentium bono, Reipublicaeque paci consulit.

16. Causae autem iustae, ut filia a parentibus exheredari possit, succedunt ut ei alimenta denegentur, prater ea quae ad vitam sustentationem sunt necessaria, ut recte docuit Molina *de iustit. disp. 169. in fine. & disp. 176. n. 20. pag. 109.* Quinimo tenent Molina Turista, *lib. 2. de primogen. cap. 16. num. 3.* & probabile reputat Sanch. *lib. 4. disp. 26. num. 1.* licitum esse praedictae filiae alimenta denegare. Sed rectus Couarru. *de iustit. p. 1. c. 8. n. 17.* Sanch. *lib. 4. de matr. disp. 26. n. 1.* Molin. Theolog. *supra.* Gutier. *de matr. cap. 79. num. 4.* contrarium firmiter, & quod alimenta iure naturae debita sunt quae denegari non debent ob id quod licite filij praestare possunt.

17. Filiae vero minori 25. annis nubenti absque patris consensu, & sine promissione dotis non tenetur pater dotem constituere, etsi digno nubat, si aliunde habet bona, quibus sustentari possit, ut probabiliter defendit Couarru. *2. p. decret. cap. 3. §. 8. num. 8.* Sanch. *disp. 26. num. 17.* Colligiturque ex *leg. 8. tit. 1. part. 4.* Eo quod tuerentiam debitam patri non habuit. Sed contrarium satis probabile est, siquidem dos non solum ad vitam sustentationem conceditur, sed ut onera matrimonij portari possint facilius iuxta Textum in *cap. salu. vider. de iustit.* At pater tenetur dotare filiam, etiam si aliunde habeat alimenta, & dotem non promiserit, ut docet Glossa in *cap. de nuptiis, in fine §. 6. q. 1.* & decidi videtur *leg. 8. tit. 1. part. 4.* ibi: [El padre quando casa fufija en su poder, quier aya ella algo de luyo o de otra parte o non teniendo es el padre de la casa, & de la dotar.] Ergo ipsa nubens digno recte negotium patris gessit, fecit enim quod ipse pater facere tenebatur. Non ergo conuenit potest de matrimonio contracto ad filia absque eius consensu, & consequenter nec penam priuationis dotis luere debet.

18. Verum si filia maior sit 25. annorum, etiam si indigno absque patris consensu nubat, tenetur pater eam dotare, quia ipsi patri tribuendum est quod indigno nupserit, cum tam

longo tempore matrimonium distulerit: fauetque lex regia *5. tit. 7. part. 6.* Et tradit alius rellatis Sanch. *dicta disp. 26. num. 17.* Quod tuerentiam limitandum, ut solum concederetur dos necessaria ad vitam sustentationem tam ipsius, quam viri, quia licet culpam metalem in contrahendo matrimonio cum indigno non commiserit, ac commisit civilem, & polinac graui nota parentem, & familiam afficiens, ob quam causam merito potest priuari alimentis, & dote, quae nec promissa est, nec iure naturae debetur, ut bene iudicat Sanch. *num. 18. in fine.* Vide Couarru. & Gutier. & Molinam *loc. alleg.*

PUNCTVM XIII.

De matrimonio clandestino.

§. I.

Quid sit matrimonium legibus Ciuilibus, Ecclesiasticisque punitum?

- 1. Duplex est species matrimonij clandestini.
2. Quae sit differentia inter has species?
3. Matrimonium omnis denunciacionibus culpabiliter celebratum penae clandestini matrimonij iussit.

1. Etsi aliqui Canonista plures species matrimonij clandestini enumerent, verior sententia affirmat solum duplicem speciem legibus ciuilibus, & Ecclesiasticisque punitam enumerandam esse, nempe si matrimonium fiat sine Parocho, vel testibus, vel si fiat omnis denunciacionibus, ut bene comprobant Sotus in 4. d. 18. q. 1. art. 1. paulo post princ. Salzedo in *pract. crimin. c. 7. in princ.* Sanch. *lib. 3. disp. 1. n. 3.* Gutier. *lib. 2. pract. q. 4. num. 17.* & de matr. c. 5. num. 1. Coulin. *disp. 27. in princ.* Neque ab hac clandestinitate excusatur matrimonium publice celebratum si ei Parochi, vel testium praesentia, denunciacionumve praemissio desit, quippe est factum omnibus a iure requisitis, quod sufficit, ut clam factum esse dicatur iuxta doctrinam Barr. in *leg. in 3. princ. vers. qualiter ff. de ritu nuptiar.* Et tradit Glossa *cap. fin. verbo, clandestina, de clandestina. disponat. sit cap. 2. verbo publice. Qui filij sint legitimi.* Et docuit Gutier. *lib. 2. pract. q. 4. sub num. 3.* Et de matr. *cap. 5. num. 7.*

2. Inter has species clandestini matrimonij duplex est differentia; Prima, & praecipua, quod matrimonium sine Parocho, vel testibus contractum illis in locis, in quibus non habent Concilium publicatum est nullum est, & irritum; secus vero contractum omnis denunciacionibus. Secunda differentia est, quod penae impositae tum in *leg. 49. Tauri exheredationis*, quae est *lex 1. tit. 1. lib. 5. recopilat.* tum in aliis antiquis [Textibus] de *clandestina. de sponsal.* locum non habeant comparatione matrimonij clandestini, quod nullum est, quia spectabant matrimonium clandestinum, quod verum matrimonium esset, non vero matrimonium quod nullum est, nullamque obligationem parit, ut recte considerantur Did. Perez, *1. tit. 1. lib. 5. ord. si item solent. Palacios Rubios leg. 49. Tauri. n. 3.* & 4. Et ibi Castillo *n. 17.* Matienzo *leg. 1. tit. 1. lib. 5. recopilat. gloss. 7. in fine.* Et ibi Azcuedo, *n. 46.* Molina *de iura. t. 1. tract. 2. disp. 179. §. obserua.* Sanch. *lib. 3. disp. 2. num. 5.* Gutier. *lib. 2. pract. q. 4. n. 1. n. 1.* & de matr. c. 5. num. 3. aduersus Gratian. *reg. 83. num. 11.* & *reg. 194. num. 9.* Zeuallos in *pract. qq. q. 5. numero 13.*

3. Matrimonium vero praesente Parocho & testibus celebratum omnis culpabiliter denunciacionibus, quia ex communi sententia clandestinum est, penas omnes contrahit, quae matrimonio clandestino iure antiquo impositae erant, ut colligitur ex *cap. fin. §. si quis vero de clandest. de sponsal.* ibi enim matrimonium clandestinum appellatur, cui monitiones non praemittuntur. Neque a Concilio Trident. hac in parte aliquid mutatum est, quin potius confirmatum *cap. 1. c. 5. sess. 24. de reform. matrim.* illis verbis: Et Lateranens. Concilij vestigiis in heredo. Et tradit alius rellatis Sanch. *lib. 3. de matr. disp. 1. num. 7.* Gutier. *lib. 2. pract. quae §. 4. num. 8.* & de matr. *cap. 5. num. 5.* Quae propter filij nati ex praedicto matrimonio illegitimi censendi sunt ex Textu in *cap. cum in iudicio. §. si quis vero, de clandest. de sponsal.* sicuti pluribus rellatis docet Zeuallos in *his qq. pract. q. 697. num. 4.* Sanch. *lib. 3. disputat. 1. num. 12.* Gutier. *cap. 5. de matrim. num. 8.* Sed vide quae diximus 2. part. *tract. 13. de benef. disp. 4. pract. 1. §. 1.* & *leg. 4.* quae sunt dicenda §. vlt. huius Puncti. vbi de penis clandestini matrimonij.

Dixi omnis culpabiliter denunciacionibus, quippe si ex dispensatione Episcopi, vel alias ob causam urgentem omni tranatur, matrimonium clandestinum censendum non est, nec clandestini matrimonij penis afficiendum, ut bene aduertit Sanch. *lib. 3. disp. 1. n. 3.* Gutier. *de matrim. cap. 5. num. 4.*

§. II.

Qualiter poterit Ecclesia matrimonia absque Parocho, & testibus celebrata irritare?

1. *Matrimonia absque Parocho, & testibus celebrata valida fuisse, & esse illis in locis, in quibus Concil. non est receptum.*
2. *Concil. Trident. irrita fecit.*
3. *Qualiter hac potestate irritandi matrimonium gaudent Concil.*
4. *Satisfit objectionibus, quae proponi possunt.*

1. **C**eterum de fide est ante Trident. praedicta matrimonia valida fuisse, esseque in praesenti illis in locis, quibus Concil. Trident. publicatum non est, colligitur aperte ex Alexand. 3. cap. 2. de clandestinis desponsat. Et ex Trident. sess. 24. cap. 1. de reform. Culpa tamen lethalis ex praeccepto Ecclesiae erat sic contrahere, sicuti denotat Trident. loc. alleg. dicens: *Ecclesia semper hac matrimonia detestata est. Dixi ex praeccepto Ecclesiae, iure namque naturae vetus est contractum clandestinum prohibitum non esse, ut indicavit D. Thom. in 4. d. 28. art. 2. ad 3. Sotus ibi, quest. 1. art. 2. Conclus. 1. Et Caiet. 1. opuscul. tract. 12. de matr. quest. 2. Coninch. disp. 27. dub. 1. num. 4. concl. 1. Licet enim ex praedicto contractu plura inconuenientia regulariter oriantur, id tamen non est ratio ipsius contractus, sed ex praeo hominum affectu, & malitia, quod non est sufficiens, ut ipse contractus in se malus reddatur, sicuti excludo, & ex portatione armorum nocturna plura solene damna accidere, non tamen inde fit conclusa lege positiva esse peccatum ludere, aut arma noctu portare, maxime si bonus assistat finis. Quare infideles clam contrahentes non peccant mortaliter, si ex tali contractu nullum graue damnum timeatur, ut bene Sotus supra, concl. 1. Petrus de Ledefina d. 45. art. 5. pag. 171. Caietano & Coninch. locis alleg.*

2. Haec igitur matrimonia clandestina Trident. Concilium irrita fecit non absolute, sed illis in locis, quibus ipsum Concilium publicatum est post mensem à die publicationis, ut constat ex sess. 24. cap. 1. de reformat. ibi: *Qui aliter quam praesente Parocho vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, seu Ordinarii licentia & duobus, vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, prout eos in praesenti decreto irritos facit, & annullat. Et in fine inquit. Decernit insuper, ut huiusmodi decretum in unaquaque Parochia suum robur post triginta dies habere incipiat à die primae publicationis in eadem Parochia factae numerandos. Ex quibus verbis constat duplici ex capite Ecclesiam hac matrimonia clandestina irrita fecisse, primo directè, annullando ipsum contractum, secundo indirectè inhabilitando personas.*

3. Quod autem Ecclesia hac gaudeat potestate coniunctur hac ratione. Respublica ciuili nulla alia de causa irritare subditorum contractus potest, nisi quia ei subdantur in ordine ad commune bonum, politicamque gubernationem, idè què impediunt, ne minores absque auctoritate tutorum dominium suorum bonorum in alios transire possent, nè ue maiori gaudentes illum alienarent. Sed Ecclesia potestatem habet super fideles, ut eos regere, & gubernare possit, prout ipsis, & communique bono expedire iudicauerit, poterit ergo in ordine ad huiusmodi finem contractus alios validos, & legitimos irritos, & nullos facere, uti fecit irritam commutationem symoniacam beneficiorum, cap. olim, & capite questum de reu. permutat. & professionem in religione emissam ante decimum sextum annum, & nouitium expletum, ut habetur in Concil. Trident. sess. 25. de Regularib. cap. 16. Simili modo probatur habere Ecclesiam potestatem reddendi personas inhabiles ad sic contrahendum. Cum Respublica ob potestatem quam erga subditos habet reddere possit aliquos inhabiles ad contractus, ut patet in muliere, quo non potest absque licentia viri, & in minoribus, & prodigis, qui nequeunt absque auctoritate tutorum celebrare contractus, suntque inhabiles ad sic contrahendum. Quid mirum si Ecclesia suos subditos inhabiles reddiderit ad matrimonia clandestina contrahenda, praecipue cum notum omnibus sit consanguineos ex constitutione Ecclesiae redditos esse inhabiles ad contrahendum inter se absque dispensatione, tototit. de cognat. Spirit. Et tit. de consang. & affinit.

4. Neque his obest quòd matrimonium non tantum sit contractus, sed etiam sit Sacramentum, & Ecclesia substantiam Sacramentorum mutare non possit, ut decisum est in Conc. Trid. sess. 21. cap. 2. Non enim potest Ecclesia facere vi panis, & vinum materia Eucharistiae non sit. At contractus celebratus inter virum, & feminam absque Parocho, & testium praesentia materia & forma fuit Sacramenti matri-

monij, ergo Ecclesia non videtur potuisse praedictam sufficientiam derogare. Non inquam obest, fatore namque non potuisse Ecclesiam mutare materiam, & formam propriam, & formalem Sacramentorum; contractus clandestinus absque Parocho, & testium praesentia non fuit materia, & forma Sacramenti matrimonij, nisi ex suppositione quòd esset contractus legitimus, & à legitimis, & habilibus personis ad sic contrahendum celebratus. Cum ergo poterit Ecclesia praedictum contractum illegitimum reddere, & personas ad sic contrahendum inhabiles constituere, potuit materiam Sacramenti matrimonij non proximam, & formalem, sed remotam mutare. Sicuti si posset Ecclesia efficere, ut hic panis iam non esset panis, & haec vox *Corpus* non significaret corpus, consequenter efficere posset indirectè, & remore, ut illud quod erat materia Sacramenti iam non esset, non quidem per mutationem materiae, sed per illius fundamentalem destructionem.

Neque item obest, quòd praesentia Parocho, & testium ad solemnitatem contractus videatur requirita non ad illius essentiam, sicuti plures condiciones requiruntur in testamentis, & in alienatione rerum Ecclesiae. Non inquam obest, nam esto ad solemnitatem contractus matrimonij requiratur praesentia Parocho, & testium, requiritur tamen ad solemnitatem non extrinsecam, sed intrinsecam, & essentialem ipsius contractus, & sine qua contractus validus esse nequit. Secus vero contingit in aliorum contractuum solemnitatibus, quae non tam pro foro interno, quam externo exiguntur, idè què est validi sint in foro interno, solui in externo possunt: ac matrimonium femel in foro conscientiae validum, nequit in exteriori foro solui.

§. III.

Qualiter denunciations matrimonio contrahendo praemittendae sint?

1. *Proponitur decretum Trident.*
2. *Ter contrahentes denunciandi sunt in propria Parochia.*
3. *Item tribus diebus continuis, vel festiuis sunt denunciandi.*
4. *Sub qua culpa praedicta obligent.*
5. *Aliquando absque culpa possunt contrahentes propria auctoritate ommissis denunciationibus contrahere.*

1. **T**rident. Conc. sess. 24. cap. 1. de reformat. matrimonij, vel legis sacri Concilij Lateranen. inhaerens praecipit, ut in posterum antequam matrimonium contrahatur ter à proprio contrahentium Parocho tribus continuis diebus festiuis in Ecclesia inter Missarum solemniam publice denuncietur inter quos matrimonium sic contrahendum, quibus denunciationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrandum matrimonium in facie Ecclesiae procedatur.

2. Ex quo Textu constat ter contrahentes denunciandos esse in propria Parochia, vnde si contrahentes ad duas Parochias pertineant, in vtraque parochia denunciandi sunt, alias non esset contrahens in propria Parochia denunciatus, neque fini Concilij satisfactum, qui est, ut impedimentum si forte adit detegatur, quòd rectè non praestaretur, si tantum in aliena Parochia ubi quis ignotus est publicaretur, ut rectè aduertit ex declarat. Cardinalium Segura 2. part. direct. iudic. cap. 16. num. 19. Henric. lib. 1. de matr. cap. 7. num. 2. Petr. Ledefin. tract. de matr. quest. 45. art. 5. punct. 3. & in sum. 1. part. de Sacram. matrimonij cap. 6. conclus. 7. vers. a se aduertit. Zetola prax. Episcop. 1. part. verbo Matrimonium. §. 3. Sanchez. lib. 3. disp. 6. num. 4. Rebell. lib. 2. de matr. quest. 7. num. 19. Reginald. prax. lib. 31. num. 225. Coninch. de Sacram. 1. 2. disp. 27. num. 46. dub. 5. Gutier. de matr. cap. 56. num. 5. Galpat Hurtado disp. 5. de matr. diff. 18. num. 61. Excipe tamen nisi in aliquo loco contrarium esset consuetudine receptum, quòd mihi est ignotum, tamen si de aliquibus testetur Laym. lib. 5. tract. 30. de matr. 2. part. cap. 4. num. 9.

3. Secundo constat tribus diebus continuis, & festiuis denunciandos esse: continuis, inquam, qui sibi non succedunt immediatè, aptius enim detegatur impedimentum, si inter vnam, & aliam denunciationem tempus aliquod est breue intercedat, uti bene docuit Egid. Coninch. disp. 27. num. 47. dub. 5. Petr. Zenedo collect. ad decret. 5. num. 58. num. 11. Sanchez. disp. 6. num. 8. Gutier. cap. 56. num. 6. Hurtado difficultat. 13. num. 60.

Tertio constat debere fieri in Ecclesia inter Missarum solemniam à Parocho, vel alio ex Parocho licentia, tum ob decetiam, & maiorem matrimonij Sacramenti reuerentiam. Tum quia regulariter omnes Prochiani ibi assistunt, qui impedimentum (si est) denunciare possunt.

4. Sed an praedicta omnia sub graui culpa obseruanda sint; non conueniunt Doctores. Quippe omissionem vnius tantum denunciationis aate vel post, ante consummationem matri-

matrimonij, quando non præsumitur impedimentum, censent aliqui graues Doctores leuem esse materiam, neque excedere veniale culpam, vt videre est in Petro de Ledesim. tract. de matr. qua. 4. §. 1. art. 5. §. 1. dub. 1. conclus. 3. Sanch. lib. 3. disp. 5. num. 7. Rebell. lib. 2. qua. 7. num. 10. Galpar Hurtado diffinit. 18. num. 59. At vt bene Aegid. Coninch. disp. 27. dub. 5. conclus. 3. absque graui causa hæc doctrina admitti facile non debet. Deinde si vno, vel altero die festo etiam non immediato denuntiationes intermitantur, vel e contra si ita continuæ, & successiuæ denuntiationes fiant, vt nullus diei sit intermissio, non videtur grauis materia ad peccatum mortale sufficiens, sicuti docet Sanch. & alij nuper relati. Quinimo à mortali excusandum est, si tribus diebus etiam non festiuis, sed feriatis stante magno populi concursu proclamationes fierent, vt docuit Sanch. lib. 3. disp. 6. num. 9. Reginald. lib. 1. num. 27. Gutier. tract. de matr. cap. 5. num. 8. Hurtado dicta diffinit. 18. Layman, tract. 10. de matr. 2. part. cap. 4. num. 10. Qui id ipsum docent, esto proclamationes fierent extra Ecclesiam in locis competentibus, vt in prædicationibus magna populi copia conflueret, eo quod fini Concilij qui est vt matrimonium contrahentium ad multorum notitiam penetrari fiat satis, si diebus feriatis, vel in loco publico, vbi ingens populi concursus adest publicetur.

Quod si contingat casus, in quo matrimonium statim contrahi bono communi, vel speciali contrahentium expediat maximè, neque sit recursus ad Ordinarium, qui in prædictis denuntiationibus dispense, poterunt contrahentes absque vlla culpa matrimonium contrahere coram Parocho, & testibus, Parochusque, & testes adesse poterunt quia leges Ecclesiasticæ non censentur rigore obligare, vt bene docent Sotus in 4. d. 2. §. 1. art. 2. conclus. 3. §. ex his Ludouic. Lopez in 1. p. infirmit. cap. 39. §. ex prædictis. Coninch. disp. 27. de matr. dub. 5. num. 52. Sanch. alius relatus, lib. 3. disp. 10. num. 27. Paul. Layman, tract. 10. 2. part. cap. 4. num. 10. Indicat Gutier. cap. 57. de matr. num. 6.

§. IV.

Qui possint in denuntiationibus dispensare & quæ sit causa legitima dispensationis?

- 1 Ordinarius potestatem habet in denuntiationibus dispensandi.
- 2 Vicarius Episcopi hanc potestatem habet ex vi vicariatus, etsi alij negent.
- 3 Parocho non est datum in his denuntiationibus dispensare.
- 4 Potestas dispensandi in his denuntiationibus delegari potest.
- 5 Nequit Ordinarius dispensare absque causa cognitione.
- 6 Non est opus iudicialis cognitio.
- 7 Quid sine causa iusta ad dispensandum?
- 8 Proprietas sigillatim causæ dispensationis.
- 9 Quid Ordinarius obseruare debeat, antequam dispense.

1. Concil. Trident. sess. 24. cap. 1. hanc potestatem concedit Ordinario, ibi: Nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt denuntiationes omittantur. Nominè Ordinarij non solum Episcopus, vt de se constat, sed Abbates, Priores, alique plures iurisdictionem quasi Episcopalem habentes intelliguntur, vt bene tradunt Nauarr. sub tit. de sponsalib. in 2. tit. cons. 4. & sub tit. de clandestina desponsat. in 2. edit. cons. 1. Henriq. lib. 11. cap. 5. num. 5. Rodrig. 1. 1. sum. cap. 217. num. 4. 3. edit. Sanch. disp. 7. num. 4. Quocirca Magister Scholæ Salamanticensis poterit in his denuntiationibus dispensare cum Scholasticis, qui in matricula descripti sunt, vt docuerunt Rodrig. & Sanch. supra. Et Gutier. de matr. cap. 56. numero 9. Idem testatur de Commendatario perpetuo ob iurisdictionem quam habet Nauarr. dicto cons. 2. de clandestina desponsat. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 8. numero 28.

2. Vicario Episcopi ex vi vicariatus absque speciali delegatione hanc potestatem denegant Henriq. lib. 11. de matr. cap. 5. Basil. Ponce lib. 5. cap. 3. Anton. Gomez in explicat. cruciat. cap. 4. qua. 4. Menoch. cons. 69. num. 5. §. volum. 1. & lib. 2. de arbit. casu. 4. §. 1. n. 5. Cephalus, cons. 4. 2. 1. à num. 72. volum. 3. Pæzin, sue pract. 2. 1. preludio 3. in fine. Spino, in speculo testamenti gloss. 1. §. num. 29. Sed rectius eam illi concedunt Sanch. lib. 3. disp. 7. num. 10. Aegid. Coninch. disp. 27. num. 6. num. 55. Riccius in præc. decis. 2. §. 9. Galpar Hurtado disp. 5. diffinit. 19. num. 63. Zeuallos in suis pract. qq. qua. 604. num. 92. ad finem. Gutier. cap. 56. num. 11. quia Vicarius Episcopi est Ordinarius, quippe idem cum Episcopo tribunal constituit.

3. Parochum autem stante suspitione malitiosè impediti possint in denuntiationibus dispensare docuerunt Veracuz in appendic. ad speculum, dub. 1. Candelab. aureum. 1. part.

de matr. num. 243. Petr. de Ledesim. de matr. qua. 4. §. art. 5. circa 3. punct. dub. 1. eo quod Conc. Trident. Parocho commississe videatur. Nam postquam Concilium dixit Parochum debere contrahentes coniungere nullo opposito legitimo impedimento, subdit. Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio matrimonium malitiosè impediti posse, si tot præcesserunt denuntiationes, tunc vel vna tantum denuntiatio fiat, vel saltem Parocho, & duobus, vel tribus testibus præsentibus matrimonium celebretur. Cum ergo nullam Ordinarij mentionem fecerit Concilium, videtur negotium hoc Parocho remittere Contrarium tamen omnino tenendum est, non posse Parochum in his denuntiationibus dispensare, quia ante Trident. omnes fatentur non posse. Tridentinum verò decreta Lateranensis Concilij non mutant, sed potius illis inherens decisionem constituit. Neque verba relata contrarij indicant, supponunt namque denuntiationum dispensationem factam esse ab Ordinario, cuius iudicio ipsum Concilium negotium paulò inferius remittit, ibi: Nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt denuntiationes remittantur, vel exgere casum matrimonij contrahendi, & dispensationem obtineri non posse, iuxta ea quæ diximus §. precedenti in fine. Atque ita ex declaratione Cardinalium docuit Henriq. lib. 1. 1. cap. 5. num. 5. Menoch. volum. consil. cor. 6. num. 61. Sanch. lib. 3. disp. 7. num. 17. Gutier. lib. 1. canon. qua. 4. cap. 1. num. 6. Et de matr. cap. 56. num. 12. Coninch. disp. 27. dub. 5. in fine numero 53. Paul. Layman, tract. 10. de matr. 2. part. cap. 4. num. 10.

4. An autem possit Episcopus, alique Prælati iurisdictionem quasi Episcopalem habentes potestatem dispensandi in his denuntiationibus delegare? Negant Menoch. dicto cons. 69. à num. 55. volum. 1. eo quod videatur electa industria personæ, siquidem eius iudicio, & prudentia Concilium hanc dispensationem remittit: at quoties ad aliquod munus industria personæ eligitur, nequit id munus delegari: cap. fin. §. is nitem, de offic. de leg. Item negotium hoc vt pote tangens causam matrimonialem videtur esse arduum, ergo censetur ad illud industria personæ eligi, vt pluribus comprobatur Menoch. de arbit. lib. 1. §. 4. num. 11. & qua. 68. num. 15. Et colligitur ex cap. is cui, de offic. deleg. lib. 6. Sed rectius firmant contrarium Cap. de testament. gloss. 1. §. num. 29. Sanch. lib. 3. disp. 7. num. 20. Zeuallos in suis qq. pract. qua. 604. num. 93. & 99. Gutier. de matr. cap. 56. num. 13. Reginald. lib. 3. 1. numero 235. in princ. Aegid. Coninch. disp. 27. num. 55. concl. 3. Quippe hæc potestas non Ordinariis, quatenus personæ singulares sunt, sed quatenus iurisdictione ordinaria gaudent, conceditur, ac proinde delegari potest. Non enim censetur electa industria personæ ex eo quod negotium arduum sit, eiusque prudentiæ commissum, si delegatio personæ incognitæ, & indeterminatæ fiat, sicuti contingit in presenti, sit enim omnibus Ordinariis tam præsentibus quam futuris. Adde ipsum etiam Vicarium generalem Episcopi posse hanc potestatem delegare, nam eodem non possit alium Vicarium constituere, cap. clericos de officio Vicarij; ac potest vnam, vel alteram causam delegare, vt docet Glolla cap. 1. de officio Vicar. in 6. verbo, ipsius. Et tradit Sanch. dicto lib. 3. disp. 7. num. 21. Gutier. de matr. cap. 56. num. 13. Coninch. disputat. 27. dub. 6. num. 55.

5. Hanc autem dispensationem nequit Ordinarius facere absque iustæ causæ cognitione, committitur enim à Concilio illius prudentiæ, & iudicio. Quæ verba arbitrium prudentiale, & ratione regulatum important, vt bene Menoch. de arbit. lib. 1. qua. 8. num. 26. quod nequit consistere absque iustæ causæ cognitione. Atque ita tenet idem Menoch. cons. 69. num. 62. Salcedo pract. cap. 37. §. dispensat. Zeuall. pract. qua. 604. num. 103. Sanch. lib. 3. disp. 8. num. 1. Gutier. lib. 1. canon. qq. cap. 19. num. 4. & de matr. cap. 57. num. 1. & alij plures ab eisdem relati. Quocirca si absque vlla causa Ordinarius omnes denuntiationes omittendas permitteret. credo mortaliter peccaturum, quia potestate sibi concessa abutitur, vt bene Sanch. dicta disp. 8. num. 2. Neque eius doctrinæ aduersatur (quidquid dicat Gutier. d. cap. 57. num. 1.) quod aliquando permittitur Parocho absque graui culpa assistere matrimonio, cui vna denuntiatio ommissa est, & proceribus conceditur nulla præmissa denuntiatione matrimonium celebrare, quia ommissio vnius denuntiationis leuis materia censetur, dignitas verò Procerum causam indulgentiæ præstat.

6. Prædictæ iustæ causæ cognitio aliquibus Doctoribus videtur iudicialis futura, eo quod non solum pro conscientiæ foro, sed etiam pro foro externo deseruiat, sic docuerunt Henriq. lib. 11. 6. Et Segura Daualos director iudic. 2. p. c. 16. n. 17. Sed oppositum vt probabilis defendunt Zeuallos in suis qq. pract. qua. 604. num. 104. Sanch. lib. 3. disp. 8. num. 4. Gutier. de matr. cap. 57. num. 2. Et lib. 1. canon. qq. cap. 19. num. 12. quia Concilium arbitrio Ordinarij remittit, quod sufficienter ratione regulari potest, si ex testibus etiam non iuratis agnoscant adesse causam remittendis denuntiationes. Neque hinc fit nullam esse differentiam inter hanc dispensationem.

& eam quæ datur pro conscientia foro: est enim lata differentia, quippe dispensatio pro conscientia foro ex sola relatione petentis, & affirmantis causam esse legitimam conceditur; secus verò hæc dispensatio, quæ aliunde, quam ex contrahentibus constare Ordinario debet causam dispensandi iustam fuisse.

7. Quæ sine causa iustæ ad dispensandum tradunt Doctores, ut videre est in Sylvest. verbo *Matrimonium* 6. quæst. 7. Zerola in *praxi* 1. part. verbo *Matrimonium* §. 9. Ludovic. Lopez, 1. part. *instruct.* cap. 87. Stephan. Gratian. *disceptat. forens.* cap. 8. num. 15. Henric. lib. 11. cap. 16. Sanch. lib. 3. disp. 9. Reginald. lib. 33. num. 214. Coninch. *disp.* 27. dub. 6. num. 57. concl. 5. Gutier. *de matrim.* cap. 57. à num. 3. Paul. Layman. lib. 5. tract. 10. 2. part. cap. 4. num. 11. Basil. Ponce, lib. 5. cap. 12. & alii. Nam licet Concilium solum timorem malitiosæ impeditenti ut causam iustam designaverit, quia tamen arbitrio Episcopi reliquit hanc dispensationem, potest Episcopus aliis ex causis vtpote iustis, & legitimis dispensationem concedere. Aduerto tamen aliquando causam adesse iustam, ut denuntiationes ad matrimonij contractum omnino omittantur, aliquando vero ut solum postponatur contractui, præmittanturque consummationi.

8. Prædicti Doctores plures specialiter causas designant, prima est, quam tradit Concilium, timor malitiosæ impeditenti, id est quando iniquè, & contra rationem timetur matrimonium impediendum esse, hæc est sufficiens, ut postponatur denuntiationes. Secunda causa, ut omnino omittantur, est infamia, qualiter contingit, si diu existimati conjuges publicentur, ut bene testatur Gutier. *de iuram. confirm. cap. 51. num. 12.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens.* cap. 83. num. 27. Coninch. *disp.* 27. dub. 6. num. 56. Valer. Reginald. lib. 33. num. 235. Tertia est disparitas conditionis, ætatis, diuitiarum, & qualitatis, ut docent Nauarr. cap. 22. num. 70. Salcedo, *pract. cap. 73. ad finem.* Spino *de testam. gloss.* 15. num. 18. Sanch. *disp.* 9. num. 3. Stephan. Gratian. *disceptat. forens.* cap. 83. numero 25. eo quod passim in circulis de eorum facto sermo habetur, quod pudorem ingerit, quæ causa regulariter est sufficiens ad omnimodam denuntiationem omissionem. Quarta & sufficiens ad integram dispensationem, est periculum animæ siue proprium, siue alienum, quale censetur esse timor grauis scandalis, quod inito statim matrimonio vitari potest, vel si contrahentes prauo se amore fuerint profecti, timeanturque in eo fore persecuturos, nisi matrimonium nulla dilatione facta contrahatur. Et idem est de meretrice in lupanari exposita, oportet enim permittere, ut matrimonium statim contrahatur, tum vt à malo statu desistat, tum ne ipsa, vel sponsus voluntatem contrahendi mutant. Sic Sanch. *disp.* 9. num. 17. alique Doctores *superius* relati. Quinta sufficiens ad postponendas denuntiationes, est legitimatio prolis in mortis articulo, & securitas decedendi in bono statu, ut ex communi omnium sententia testatur Couaruz. 2. part. *de sponsalib.* cap. 6. num. 11. Sarmiento, lib. 1. *select.* cap. 6. num. 7. Henric. lib. 11. cap. 5. §. 6. Sanch. *disp.* 9. num. 19. Gratian. cap. 83. num. 16. Sexta sufficiens ad omnimodam dispensationem, est periculum cõmmandi matrimonium ante benedictionem nuptiarum, eo quod sit vicinum tempus in quo benedictiones nuptiales prohibentur, ut tradit Zerola, *prax. Episc.* 1. part. verbo *Matrimonium* §. 9. Reginald. lib. 33. num. 235. Sanch. *disp.* 9. num. 14. Egid. Coninch. *disp.* 27. dub. 6. num. 56. Septima sufficiens ad integram dispensationem denuntiationum est fauor in bono Ecclesiæ cedens, qualis sæpè censetur Magnatibus factus, si ab honore publicationis eximantur, vbi concedit Nauarr. cap. 16. num. 36. Sotus in 4. d. 28. quæst. 1. art. 2. post 3. conclus. Coninch. *disp.* 27. dub. 6. n. 57. Tandem quæcunque notabilis contrahentium commoditas siue temporalis, siue spiritualis præstat causam iustam omittendi, vel saltem postponendi denuntiationes, ut ex Doctoribus *suprà* relatis facile colligitur. Illud verò est omnino aduertendum obligatum esse Ordinarium antequam dispense ne præmittantur denuntiationes inuestigare diligenter, tum an causa, quæ illi proponitur adit, tum ne contrahentes sint aliquo impedimento ligati; sicuti aduertit Sanch. *disp.* 9. num. 20. Coninch. *disp.* 27. dub. 6. num. 57.

§. V.

An teneatur Ordinarius aliqua ex supradictis causis concurrente dispensare, contrahentesque possint negata dispensatione contrahere?

1. Non est obligatus Ordinarius dispensare, nisi quando bono communi, vel particulari contrahentium maxime expedit.
2. Satisfit cuiusdam obsecrationi.
3. Quæ causa bono communi, vel particulari contrahentium maxime expedit.

4. Si Ordinarius obligatus concedere dispensationem denegat, poterunt contrahentes omisso denuntiationibus contrahere.
5. Non potest Ordinarius pro iis dispensationibus aliquam mulctam imponere.
6. Aliquando denuntiationes ante consummationem matrimonij debent præmitti, si antea præmissa non fuerint.
7. Probabile videtur non esse peccatum mortale consummare matrimonium non præmissis his denuntiationibus, si contrahentes certi sunt nullum subesse impedimentum.
8. Non est peccatum mortale consummare matrimonium ante benedictiones Ecclesiæ.
9. Quibus coniugibus hæc benedictiones concedenda sint?

1. **E**T si plures Doctores relati à Sanch. lib. 3. disp. 20. num. 2. censent existente legitima causa dispensationis obligatum esse Ordinarium dispensare: at verius & receptius est solum hanc obligationem inesse quocies bono communi, vel particulari contrahentium maxime expedit prædictam dispensationem concedere, ut bene docent Sanch. lib. 3. disp. 10. num. 6. Gutier. lib. 1. canon. 99. cap. 20. num. 23. & de *matrim.* cap. 52. numero 4. Coninch. *disp.* 27. dub. 6. num. 57. Basil. Ponce. lib. 5. cap. 31. post medium. Quippe Prælati ex officio tenentur bono communi, & speciali subditorum prouidere, quare si dispensationem huic bono conuenientem denegent contra proprium munus grauer delinquit, poteritque a conuentione facta appellari, saltem quoad effectum deuolutionum, ut rectè notauit Gutier. *de matr. dicto cap. 57. num. 5.* Quod si pensatis omnibus non grauer bono communi, vel subditorum dispensatio conducit, sed leuiter tantum, censenda est gratiosa dispensatio, eo quod hæc leuis commoditas a bonitate compensetur obseruatione rigida legis communis. Probaturque potest hæc doctrina duplici Textu, primò ex cap. *expulsi* de cleric. ex communi. ministri. vbi inquit Pontifex, nisi forsitan cum eis fuerit misericorditer dispensatum. Expono verbum *misericorditer*; quod gratiam denotat, non obligationem, tamen causa iusta dispensandi subit, alia dispensatio concedi non potest, esset enim dissipatio, & abusus potestatis. Itemque cap. *si clericus*, de iudicij. §. *de adulterij*; libertati Episcopi relinquit dispensationem, vbi Glossa ait, dispensationem aliquando esse debitam, aliquando gratis fieri. Contra verò cap. *cum ex eo*, de Elect. in 6. vbi conceditur Episcopo, ut possit cum Clerico dispensare, ne septennio resitit ob studiorum causam; Doctores communiter assentunt esse obligationem grauem dispensandi ob bonum commune, & speciale subditi, & quia in Textu causa exprimitur. Sic Ioann. Andr. Archidia. & Franc. ibi.

2. Neque obest, quod Concilium in grauissima causa malitiosæ impeditenti arbitrio Ordinarij dispensationem remittat, ut inde inferatur nunquam Ordinarium obligatum esse dispensare, quia Concilium Ordinarium remittit iudicare, ad malitiosæ impeditenti stante expedit, vel non expedit denuntiationes omittit, & eo quod alia via malitiosum impedimentum auferri possit. Non autem Ordinarium concedit libertatem negandi dispensationem, eo ipso quod iudicat matrimonium expedire, & malitiosum impedimentum alia via non posse tolli.

3. Quod si roges, Quæ causa ex supradictis expressis grauer, vel leuiter bono communi, vel particulari contrahentium conducatur? Breuiter respondeo omnes causas *superius* assignatas grauer bono communi, vel speciali contrahentium conducere, excepta tertiâ, quæ oritur ex verecundia ob disparitatem ætatis, conditionis, nobilitatis, vel diuitiarum, & excepta septimâ de gratia, & fauore Magnatibus faciendo quippe hæc due causæ est iustæ sint, non tamen ita graues, quia sæpè grauius vigeat, & Ecclesiæ conuenientius sit legem hanc Ecclesiasticam de denuntiationibus præmittendis obseruare, ut tradit Sanch. Coninch. Gutier. Basil. & alij *suprà*.

4. Verum, si stante iusta causa, ob quam grauer bono communi vel particulari subditorum expedit dispensationem concedere, Ordinarius denegat, poterunt contrahentes omisso denuntiationibus contrahere, quia leges Ecclesiasticæ non obligant cum graui iactura, ut bene docent Nauarr. cap. 21. num. 70. Sotus in 4. d. 28. q. 1. art. 2. conclus. 3. Henric. lib. 11. cap. 5. num. 5. & cap. 5. n. 5. & alij relatis Sanch. *disp.* 10. n. 23. Gutier. *de matrim.* cap. 57. num. 6. Coninch. *disp.* 27. dub. 6. num. 59.

5. Modus ab Ordinario obseruandus in hac dispensatione, liberalis esse debet, atque aded nullam pecuniariam mulctam imponere potest, ut generaliter decium est à Concilio Trident. *sess.* 25. cap. 18. *de reformat.* Neque valet dicere grauis dispensationem concedi, tamen præcipitur dispensando, ut elemosynam alicui pio loco tribuat, quia esto dispensando nihil recipiat, at ob eius actionem onus dispensando imponitur: non igitur gratis, conceditur, sicut non concederetur gratis factum ei qui stipendium alteri dandum obligaretur, sicque omnes Doctores conueniunt non posse Episcopum concedentem dimissorias ad Ordines obligare ordinandum, ut pro dimi. sionis elemosynam pio loco largiatur, quia non

esse liberalis, & gratiosa dimissioarium concessio, vt exigit Trident. sess. 21. cap. 1. de reformat. Quod si iustus, cui est data potestas dispensandi, & commutandi conceditur ex Reg. cui licet, quod plus licet, vnde quod est minus, de Regulis in 6. Ergo esto via dispensationis non possit dispensare Ordinaris? Respondeo ex concessa facultate dispensandi in lege non inferitur legem commutare posse: alias posset Episcopus denuntiationem omissionem permittere ex eo solum quod in pium opus obligationem commutaret. Et ratio est, quia ad commutationem legis requiritur, vt commutans potestatem habeat imponendi legem. Cum vero hanc non habeat inferior Pontifex, nequit legem à Pontifice laram in aliam materiam transferre. In voto autem licet ipse qui dispensat, & commutat, non habeat potestatem imponendi alteri obligationem voti, at ipse cui fit commutatio sibi imponit, legem vero nequaquam imponere potest. Vnde ex concessione ad dispensandum in lege non conceditur potestas ad illius commutationem. Pontifex vero, quia est supremus Legislator potest in suis legibus dispensare, earumque obligationem in aliam materiam commutare, quod est nouam legem edere iuxta Textum in cap. licet de feris. Cum hoc tamen statim dispensatio fiat ob aliquam causam ortam ex culpa imponi posse obligationem alicuius penam clarigenda, non quidem pro dispensatione, sed pro culpa commissa, & in penitentiam illius pro qua conceditur, sicuti aduertit Sanch. d. disp. 10. num. 10.

6. Ad extremum aduertendum est, si dispensatio facta est ab Ordinario non integre, sed solum pro matrimonij contractu obligatos esse contrahentes sub peccato mortali denunciations ante consummationem præmittere, nisi forte aliqua graui, & virgini causa excusetur: vt docuit Nauarr. cap. 16. num. 38. Sanch. lib. 3. disp. 1. num. 7. Gutierr. de matr. cap. 58. num. 1. & colligitur ex Conc. Trid. sess. 24. cap. 1. vbi præcipit denunciations ante consummationem præmitti, nisi Ordinarius contrarium expedire iudicauerit, quod præceptum eam materiam grauem respiciat sub culpa mortali videtur obligare. Quare contrahentes quoties peccat, redduntque debium mortaliter peccant, vt potest contra legem grauem Ecclesiasticam procedunt, & quantum est ex se, periculo fornicationis exponuntur, eo quod poterunt esse impediti ad contrahendum, neque diligentiam iudicam præstiterint, quare se securos reddere debent.

7. Verum est prædicta sententia omnino tenenda, & consulenda fit, opposita tamen scilicet non esse peccatum mortale matrimonium consummare, quando contrahentes certi sunt nullum impedimentum subesse, vt probabilem defendit Man. Rodrig. in sum. c. 22. num. 7. & pluribus relatis Sanch. disp. 11. num. 2. eo quod Concilium iubeat denunciations præmitti, vt facilius de rege impedimento possit, si forte adsit. Quando vero contrahentes certi sunt nullum impedimentum adesse, cessat ratio legis, & consequenter ipsa lex videtur cessare. Sed negari potest rationem legis cessare, quippe lex de denunciations præmittendis non hunc, vel illum casum singularem spectat, sed omnes, in quibus mortale periculum est consummari matrimonium ab impeditis, si denunciations non præmittantur: alias si prædicta ratio effectus esset ad excusandum contrahentes, à denunciations præmittendis consummationi matrimonij, eadem excusati possent à præmittendis contrahendi, quod nullus dicit. Hentig. verò, lib. 11. cap. 16. num. 1. alique plures est admittunt esse peccatum mortale consummare matrimonium absque denunciationsibus, quando in eis integre dispensatum non est, at affirmant solum in prima copula, quando matrimonium consummatur peccatum committi, sed non in reliquis, eo quod cesset tale præceptum, vt vultur exemplo ieiunij, quod à bis comedente obseruari nequit, ideoque non peccat, est pluries postea comedat. Tridentinum namque solum videtur imperasse denunciations præmitti, tum matrimonij contrahendi, tum illius consummationi: at postquam consummationem est nullam de denunciationsibus præmittendis præceptum imposuit.

8. Quantum ad benedictiones Ecclesie vulgo velaciones amittit, ex ultimo ex se, & secluso scandalo peccatum mortale non esse, imò nec veniale consummare matrimonium illis non præmissis: eo quod Trident. sess. 24. cap. 1. loquens de iis benedictionibus hortatur fideles, vt eas consummationi præmittant. Ergo non præcipit, sed consulti, consilium autem omittit ex se peccatum non est. Idemque videtur decium cap. nuptiar. 30. quæst. 1. vbi Nicolaus Papa postquam enumerauit concurrentia ad nuptias, & inter ea benedictiones solemnes, inquit, hæc omnia non seruare non est peccatum. Atque ita docent Nauarr. c. 22. n. 38. & 39. Covarr. 4. decret. 2. part. c. 9. §. 2. n. 2. Sotus in 4. d. 28. quæst. 1. art. in c. ad fin. Petr. de Lelic. de matr. quæst. 48. art. 5. punct. 3. dub. 1. Sanch. aliis relatis lib. 3. d. 12. n. 7. Coninch. disp. 27. dub. 8. in princ. vbi solum ratione scandalum peccatum agnoscit Gutierr. c. 58. de matr. n. 3. Paul. Laym. lib. 5. sum. tract. 10. 2. part. cap. 4. num. 13.

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. V.

9. Hæ benedictiones ex antiquissima Ecclesie consuetudine primas nuptias, non secundas contrahentibus conferuntur, vt multis comprobatur Laym. dicto cap. 4. num. 13. Et probatur Textus cap. vir. 3. de secundis nuptiis. nam vt ibidem dicitur, res semel benedicta iterum benedici non debet. Consuetudo tamen obtinuit, vt quoties aliquis ex contrahentibus primò nuptas, etiam si alius viduus sit, eius nuptie benedicantur, quinimò si vnus ex sponsis etiam si vidui sint benedictiones non receperit, vterque benedici poterit ex consuetudine Ioann. XXI. sicuti probatur Hentig. lib. 1. cap. 2. num. 3. Covarr. 2. part. de sponsal. cap. 8. §. 11. num. 2. Nauarr. cap. 22. n. 83. Sanch. lib. 7. disp. 82. num. 11. Eman. Saa, verbo Benedictio. num. 2. Paul. Laym. dicto cap. 4. num. 13. Coninch. disp. 27. dub. 8. num. 72. Vide Gutierr. cap. 106. per totum, late hæc materiam disputantem.

§. VI.

An ex prædictis denuntiationibus teneatur qui impeditum agnouit, etiam si Patrochus sit, denunciare?

1. Impedimentum publicum, vel quod probari facile potest obligatus est quilibet denunciare.
2. Si impedimentum occultum fuerit, impetrataque fuerit dispensatio pro conscientia foro, nulla est obligatio denunciandi.
3. Si solum ex auditu nouisti, nec recordaris à quo acceperis, non es obligatus.
4. Si tu solus nosti impedimentum, & est infamatorium, plures negant re esse obligatum denunciare.
5. Oppositum verius est.
6. Contrahens tenetur facere impedimentum vel à contractu distiterit.
7. Soluuntur fundamenta nam. 4. adducta.

1. Certum est, si impedimentum publicum sit, vel probari facile possit obligatum esse quemlibet illius conficium denunciari; siquidem denunciatione impeditur, ne coniuges impediti contrahant. Sic Basil. Ponce, lib. 5. cap. 34. numero 3.

2. Secundò est certum, si impedimentum occultum sit, impetrataque fuerit dispensatio pro conscientia foro nullam esse denunciations obligacionem, quia nullum est impedimentum, ad cuius denunciations præceptum fertur, secus vero si publica esset vox de prædicto impedimento, quia eo casu dispensatio non prodest, sicuti aduertit Sanch. lib. 3. disp. 14. à n. 4. Gutierr. de matr. cap. 59. num. 13.

3. Tertio est certum, si solum ex auditu nouisti impedimentum, nec recordaris à quo acceperis non esse obligatum denunciare, quia ea denunciations nullius est virtutis, vt tradit Farinac. de re lib. 2. part. quæst. 69. n. 75. & seqq. Sanch. lib. 3. disp. 12. n. 7. Gutierr. c. 59. n. 12. quod procedit maxime quando impedimentum est infamatorium, nam si nullam infamiam irrogat, opprimè poteris illud denunciare, quia nullum est periculum in ea denunciations, & forte veritas manifestabitur, vt rectè aduertit Sanch. & Gutierr. supra. Econtra vero si recordaris à quo impedimentum acceperis, distinguendum est, si accepisti à persona fide digna, obligatus es denunciare, quia poterit Prælatum illam personam fide dignam citare eiusque testimonium recipere, vt bene tradit Nauarr. cap. 15. n. 45. Et cap. inter verba, carol. 66. num. 290. & seqq. Sanch. disp. 13. n. 7. Gutierr. c. 59. num. 10. Basil. Ponce, lib. 5. cap. 34. num. 1. Si vero à persona suspecta impedimentum acceperis, nulla tibi est obligatio denunciandi, maxime si impedimentum infamatorium sit, quia nullum est prædictum testimonium, Argum. c. licet ex quadam de Testibus. Et docuit Farinac. dicta q. 69. num. 85. Nauarr. Sanch. Gutierr. & Basil. loc. cit. Coninch. disp. 27. num. 62.

4. Quare difficultas eo procedit, An tenearis denunciare, si tu solus impedimentum noueris? Negant re esse obligatum, si impedimentum ex peccato procedit. Supplementum Gabrielis. d. 28. q. 2. art. 3. dub. penult. Maior. 4. d. 21. quæst. 2. argum. 3. Et de quocunque impedimento docet Eman. Saa, verbo, Matrimonium, num. 23. Basil. Ponce, lib. 5. c. 34. à num. 6. Mouentur primò, quia commune est neminem obligatum esse denunciare quod probare non potest ob periculum regurandi impostoris, & calumniatoris, vt docuit Nauarra, de restit. lib. 3. c. 1. in secundam edis. num. 358. Et aliis relatis Gutierr. lib. 1. canon. q. c. 1. n. 2. 1. Secundò, vel coniuges bona fide procedunt, ignorantibus se esse impedimento ligatos, vel mala fide procedunt, si adest bona fides nullum peccatum committunt in eo contractu, nullamque irreuerentiam Sacramento præstant, aut iniuriam irrogant, cum nullum efficiat Sacramento, proli autem nullum damnum inferunt, siquidem legitima est. Ergo ex nullo capite obligari potest ad denunciations faciendam, Si vero ex mala fide procedat

G coniuges,

conjuges, adhuc non videris obligatus, quia ex tuo dicto tantum nec probari impedimentum potest, nec matrimonium impediti: Capir. licet ex quadam, de testibus. Quod efficacius procedit, si impedimentum ex delicto procedat, non enim absque fructu alicui est irroganda infamia.

5. Ceterum verius est, & omnino consulendum te impedimenti conscium obligatum esse revelare, si praemissa correctione fraterna revelationem praestare potes absque tuo damno, tamen impedimentum probare nequeas. Sic Nauarr. c. 2. numero 83. Covarr. in 4. decret. 1. part. c. 6. §. 10. num. 21. Henric. lib. 11. cap. 14. num. 5. Sanch. alii relatis, lib. 3. disp. 13. num. 2. Gutier. de matrim. cap. 59. numero 9. Coninch. disp. 27. dub. 7. concl. 1. num. 61. Galpar Hurtado de matrim. disp. 5. difficult. 21. numero 75. Mouer, quia tuum dictum est insufficienti sit dissolvere coniunctos, at sufficiens esse videtur impedire, ne coniungantur ex Textu in cap. super eo, 22. de Testib. ibi: Super illa vero questione, quam fecisti, an mulier coniungenda non sit viro pro eo quod sola mater alterutrus eos esse consanguineos conficitur. Respondemus quod si non est firmatum inter eos eorum matre asseverante ipsos esse consanguineos non debent coniungi, quia praesumptio est non motica, quod linea consanguinitatis attingant. Si vero matrimonium est firmatum, non debent sine plurium iuramento dissolvi. Vnde Glossa ibi inquit ad dictum vnius impeditur matrimonium contrahendum. Deinde praeterito revelandi impedimentum astringeris, quoties commode potes revelare, tum ne contrahentes peccent, si mala fide procedant, tum ne irreverentia Sacramento fiat, tum ne proles sit illegitima. Si vero procedant bona fide astringeris ad impedimenti revelationem, ne contrahentes materiale peccatum committant, neve sit Sacramentum fictio, & proles ex se illegitima, & vitetur difficultas, quae in ratificatione matrimonij intervenire solet detecto postmodum impedimento. Haec enim omnia sufficienter honestant impedimenti revelationem, tamen sub secreto acceptis, iuramentis non revelaturum, ut bene notarunt Sanch. Gutier. Coninch. & alij supra.

Notanter dixi, si absque gravi tuo incommodo revelare impedimentum possis, quia si ex revelatione facienda grave damnum times, exularis, quippe leges Ecclesiasticae eo casu cessant: est enim lex Evangelica iugum suave, & onus levis, sicuti aduertit Sanch. dicta disp. 13. num. 10. & 23. Petr. Navarra lib. 2. de resist. cap. 4. num. 228. Basil. Ponce, lib. 5. cap. 34. num. 2. Coninch. disp. 27. dub. 7. num. 61. Gutier. de matrim. cap. 79. num. 4. & alij ab eisdem relati. Deinde dixi correctionem fraternam praemittendam esse, si speratur ex ea fructus, id enim exigit charitatis regula vitare inquam inconuenientiam cum minori damno proximi, quod fieri possit, iuxta doctrinam D. Thom. 2. 2. quaest. 3. art. 8. Et tradit Sanch. dicta disp. 13. num. 5. Gutier. de matrim. cap. 79. num. 3. Petr. Navarra. & Basil. Ponce, supra.

6. Ex quibus manifeste inferitur etiam ipsum contrahentem, si impedimenti conscius est, teneri fateri, vel a contractu desistere, quia inique, & iniuste se ingerit contractui, quem celebrare iure nequit, uti bene comprobant variis Textibus, & ratione Henric. lib. 10. de Sacramento Ordinis cap. 18. num. 2. Sanch. lib. 3. de matrim. disp. 14. Aegid. Coninch. disp. 27. dub. 7. concl. 2. num. 63.

7. Neque argumenta num. 4. adducta vrgent. Ad primum facerit illam doctrinam veram esse, cum ad punitionem proceditur, secus, quando ad vitanda damna, vel peccata lex fertur, & obligatio revelationis imponitur. Ad secundum constat ex probatione nostrae sententiae ad impediendum matrimonium sufficiens esse dictum vnius testis dictum, sufficit autem, ut Iudex ex officio contrahentes vrgat, & inquisitionem diligentem faciat, quibus forte detegatur impedimentum. Tandem impedimentum, quod credis te solum nosse, forte est aliud qui agnoscat, cuius manifestatione optime probabitur. Quare ut sententia Basil. Ponce aliquam probabilitatem videatur habere, debes certus esse nullum alium à te impedimentum nosse, utaque revelationem nullius fore utilitatis, quod vix accidere potest. Ex quo constat quam leui fundamento ductus procefferit Bassilius adversus communem, certamque sententiam: neque hoc mirum esse debet, cuius finis in scribendo non tam veritatem inuestigare, quam Thom. Sanch. dictis contradicere videtur.

§. VII.

Qua ratione Parochus, & Ordinarius se gerere debeant, cum opponitur impedimentum matrimonio contrahendo, aut ipsi norunt?

1. Nullo impedimento apposito factis denunciationibus ad matrimonium procedendum est.

2. Apposito impedimento debet Parochus contrahentibus matrimonium interdiceret.
3. Si Parochus nouit impedimentum extra confessionem, & matrimonium publice petatur, negare tenetur, & rem ad Ordinarium deferre praemissa correctione fraterna.
4. Soluitur quaedam obiectio.
5. Si in confessione tantum nouit impedimentum, non potest matrimonium contrahentibus denegare.
6. Delato impedimento ad Ordinarium ipsi incumbit veritatem inuestigare.
7. Si Ordinarius constat de impedimento non ex alterius relatione, sed ex propria noticia, nequit contrahentes à matrimonio remouere.

1. **C**onstat si nullum apponatur impedimentum factis denunciationibus teneri Parochum ex proprio officio contrahentes in matrimonio iungere iuxta Trident. sess. 24. cap. 1. ibi: Quibus denunciationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie Ecclesiae procedatur. In facie Ecclesiae id est coram Parocho, & testibus, Ecclesia enim dicitur congregatio fidelium: Cap. Ecclesia de consecrat. dist. 1. & cap. velatum c. 2. de testament. veris. nomine autem Ecclesiae. Quocirca non est necesse, ut in Ecclesia materiali vel limine, aut camerario ecclesiae breui, ut bene Nauarr. aduertit, cap. 22. num. 70. initio. Sanch. disp. 15. num. 20. Gutier. cap. 60. num. 1. Matrimonio celebrato debet Parochus scribere nomina contrahentium, & testium, locum, & tempus contracti matrimonij in libro ad hunc finem deputato secundum formam à Trident. Praeceptam: & licet Trident. non vratur verbis ad id rigidis, sed solum dixerit, habeat Parochus librum. &c. ex fine tamen quem intendit scilicet ut Ecclesia constet de matrimonio, & lites quae suboriri solent vitentur, colligitur sub mortali obligare voluisse ad hanc diligentiam praestandam, ut bene docuit Henric. lib. 11. cap. 7. numero 4. Sanch. lib. 3. de matrim. disp. 15. num. 22. Gutier. cap. 60. num. 9. Basil. Ponce, lib. 5. cap. 36. num. 8.

2. Verum si facta denuntiatione impedimentum apponatur coram Parocho sine ab vno ex contrahentibus, sine ab alio tertio obligatus est Parochus matrimonij celebrationem interdiceret, non tamen potest inuestigare, an illud impedimentum de facto subsit, verumque sit, sed deferenda res est ad Ordinarium ut ipse cognoscat, quia Parochus iudiciale potestatem non habet, quam tamen requirit cognitio impedimenti matrimonij iuxta Textum in cap. fin. de etate test. de pof. iuncto Textu in cap. 1. de consanguinit. ibi: Non sicut causa tractanda per quoslibet sed per Iudices qui potestatem habent. Interdictio autem facta à Parocho non est iudicialis, sed extra iudicialis. Sic Hostiensis. Gregor. Lopez, Segura, & alij quos refert, & sequitur Sanch. disp. 15. num. 3. Gutier. cap. 60. num. 2.

3. Quod si Parochus solus nouit impedimentum extra confessionem, & publice matrimonium petatur, negare tenetur, & rem ad Ordinarium deferret, cuius est veritatem inuestigare: si enim quilibet alius iuxta dicta §. praecedenti tenetur impedimentum denuntiare, ne ligati contrahant, à fortiori Parochus, cui ex officio incumbit saluti subditorum, & illorum bono consulere: praecipue cum commune sit eius testimonio matrimonium impediti: debet tamen prius fratrem, & secretò contrahentes monere, quod si ipsi monitioni non acquiescunt, sibi imputent, si ex revelatione impedimenti aliqua eis nota proueniat? uti bene aduertit Henric. lib. 1. de Sacram. cap. 60. num. 6. Sanch. disp. 15. num. 6. Gutier. cap. 60. num. 10. Coninch. disp. 27. dub. 7. concl. 3. & 4. num. 64. & 66. quidquid in contrarium dicat Basil. Ponce lib. 5. cap. 35. num. 6.

4. Quod si dicas occulto peccatori indignè Sacramentum peccati ministrandum est, si publice petat, uti Christus proditori Eucharistiam creditur ministrasse, ergo Parochus impedimento occulto ligatos iungere matrimonio debet, si publice petant, neque secretò moniti desistere velint.

Respondeo cum Sanch. dicta disp. 15. num. 1. Gutier. cap. 60. num. 5. & legq. Coninch. disp. 27. dub. 7. n. 67. & 68. dupliciter contrahentes impediti posse à matrimonio: primò ex impedimento, quod reddit Sacramenti susceptionem indignam, neque vterilis procedit, quale solum est peccatum mortale. Secundò ex impedimento, quod praeter susceptionem indignam occasionem praestat plurium damnorum, pluraque peccata postmodum committendi, uti est quodlibet impedimentum dirimens matrimonij, & etiam votum castitatis impediens. Si primo tantum impedimento contrahentes afficiantur, & publice petant, Parochus eorum matrimonio assistere debet, sed si vero si secundo impedimento ligati existant, eo quod primò impedimentum cedere tantum videatur in occulto peccatoris damnum; at secundum impedimentum in aliorum damnum cedit, & plurium peccatorum occasio existit, cum tamen primum impedimentum vnicò peccato commisso ablatuatur.

5. Dixi extra confessionem, si enim in confessione tantum Parochus impedimentum mouerit, et si plures Doctores, quorum mentio Sanchez. *dicta disp. 1. §. 1. num. 6. & seqq.* Gutierrez. c. 60. a. num. 10. censent posse, imò teneri denegare contrahere volentibus assentiam, si absque fractione sigilli id facere possint. Verius tamen est non posse, quia nequit Confessarius, si notitia in confessione accepta ad exteriores actus, ex quibus confessio onerosa penitenti reddi potest, iuxta ea quibus diximus tract. de penit. disp. de obseruat. sigilli, & tradit Suar. tom. 4. a. 3. part. disp. 1. §. 7. num. 10. Sanchez. disp. 16. num. 14. Gutierrez. cap. 60. de matr. num. 11. Coninch. disp. 27. dub. 7. num. 70. An autem penitentem mouere teneatur, vel possit ibidem disputauimus, ubi conclusimus ex communi sententia debere prius petere à penitente licentiam, ut cum de auditis in confessione moueat: si ut inquit Coninch. disp. 27. dub. 7. concl. ult. n. 70. creditur monito profutura. Et penitens non agere lateus sibi veniam peti, probabile tamen esse hanc obligationem petendi licentiam non habere, sed omnino se gerere posse, ac si in eius notitia nihil decessisset, uti patet ubi citatos approbat Gutierrez. d. c. 60. in fine.

6. De lata re ad Ordinarium ipse ex officio tenetur veritatem dicere, & impedimentum appositum inuestigare, cui si dicatur impedimentum sublarum esse per dispensationem, videre debet; an dispensatio lata fuerit pro solo conscientie foro, an etiam pro foro externo? Si dispensatio lata est pro solo conscientie foro nullus est effectus, possit illos coniungere; quia pro impedimento ad forum contentiosum delato non prodest prædicta dispensatio, quia non operatur ultra intentionem concedentis, iuxta leg. non omnis ff. si certum petatur. Quod ad hoc verum est, ut etiam si post contractum matrimonium apponatur impedimentum dirimens, cuius dispensatio solum pro foro conscientie obtineat, separare Ordinarium debet coniuges, ut cœlibem vitam degant, quousque pro foro externo dispensatio obtineatur, ut bene aduertit Sanchez. disp. 16. num. 17. Gutierrez. cap. 6. n. 60. Coninch. disp. 27. dub. 7. num. 64. Quod si contrahens falsis testibus probauerit impedimentum sibi appositum nullum esse, poterit iudex eos matrimonio iungere, tamen si falsitatem agnouerit, quia eo casu publicitas fori externi sublata est, sicuti aduertit Basil. Ponce, lib. 5. de matr. cap. 36. n. 7.

7. His addendum est, si Ordinarium constaret de impedimento non ex alterius relatione, sed ex propria notitia obligatum esse coniungere contrahentes; tamen si ignoraret dispensationem obtentam esse: quia nequit simul esse testis, & iudex: ac proinde eius scientia nullus est effectus, ut possit matrimonium impedire. Et constat in irregulari perente publice Ordines, quem Episcopus non videtur repellere posse et irregularitate sibi tantum nota, iuxta Textum in cap. ex parte de Temp. rib. ordinandor. & ibi Glossa. Et tradit in præfati Sanchez. disp. 1. §. num. 14. Gutierrez. cap. 60. num. 5. Coninch. disp. 27. dub. 7. num. 59. & 67. Ex quo inferendum est, si Ordinarium præcipiat Parocho scienti impedimento appposito se purgare, obligatum esse obedire, quia caret iure repellendi, eo quod scientia impedimenti nullus sit effectus.

§. VIII.

De presentia Parochi, & testium pro matrimonio contrahendo à Concilio requisita.

1. Propositum decretum Concilij.
2. Nullum est matrimonium, etiam si publice, & coram omni populo contrahatur, si Parochus absit.
3. Contrahentes in illa Parochia, in qua Concilium publicatum est, nec eius decretum receptum, valide absque parocho & testibus contrahunt.
4. Procedit est contrahentes incola sint locorum ubi Concilium receptum sit.
5. Incola locorum, in quibus Concilium publicatum non est, si aueriant ad locum in quo est publicatum contrahere debent coram Parocho, & testibus.
6. Infideles non arduantur hac lege Concilij.
7. Fideles etiam ignorantes lege Concilij astringuntur.
8. Item qui commorantur in pagis, ubi nullus est Pastor, aut vicem eius obtinens, quidquid alij contrarium sentiant.
9. Oburgentem necessitatem omitti non potest obseruatio prædicti decreti.
10. Matrimonium quod in facie Ecclesie celebratum est, & fuit nullum occultum impedimentum, renouari poterit absque Parocho, & testibus.
11. Qualiter Parochus, & testes presentes esse debeant?
12. Quæ verba Parochus assistens matrimonio proferre debeat?

1. Hucusque actum est de denunciationibus matrimonio præuis, nunc agendum de solemnitate à Concilio præscripta. Concilium namque Trident. sess. 24. cap. 1. de reformat. matrimonij statuit deinceps matrimonium contra-

ferri, de Castro. Sum. Mor. Part. V.

hatur, quin Parochus, & duo vel tres testes assistant sub decreto irritante contractum, & inhabilitante personas ad aliter contrahendum, (subdit tamen prædictum decretum vim esse habiturum post triginta dies à die primæ publicationis in qualibet Parochia.

2. Hinc fit nullum esse matrimonium, tamen si publice, & coram omni populo contrahatur, si Parochus absit, quia deficit solemnitas requisita à Concilio, ut bene ex communi sententia aduertunt Nauarr. cap. 2. §. num. 144. Henrici lib. 11. cap. 1. num. 1. Sanchez. disp. 17. num. 7. Gutierrez. de matrim. cap. 61. num. 8.

3. Secundò fit, contrahentes matrimonium in illa Parochia, in qua Concilium publicatum non est, vel eius decretum non est receptum, aut si receptum fuit, est tamen consuetudine abrogatum validè contrahere absque Parocho, & testium presentia, quia Concilium exigit publicationem decreti in qualibet Parochia, ut vires habeat, & robur obtineat si autem post publicationem receptum non sit, vel consuetudine abrogatum, censendum est ac si publicatum non esset, ex Textu in c. 1. de re quæ, & pace. Et constat ex dictis tract. 3. de legib. disp. 1. Et in præfati tradit Sanchez. lib. 3. disp. 18. num. 1. Gutierrez. cap. 61. in fine num. 12. Coninch. disp. 27. dub. 1. num. 10.

4. Neque his obest, quod sic contrahentes incolæ sint locorum, ubi Concilij decretum receptum est, animòque contrahendi in ea loca diuertant, quia hoc decretum non personas utrumque affectit, sed contrahentes in locis, ubi Concilium publicatum est, neque censendi sunt in hoc contractu fraudem vim committere, cum nulla lege prohibeantur illis in locis contrahere, sed iure proprio vtantur. Si tamen omnino clandestinè contraxerint peccabunt sicut peccant incolæ illorum locorum clandestinè contrahentes, sic firmant ex communi sententia Sanchez. Gutierrez. & Coninch. supra. Et Rebell. lib. 2. quest. 7. sect. 3. Gaspar Hurtado disp. 5. de matr. difficult. 4. num. 19.

5. Econtra verò incolæ locorum, in quibus Concilium publicatum, non est, si ad loco ubi est prædictum decretum publicatum, & receptum diuertant animo matrimonij contrahendi, teneatur absque dubio contrahere Parocho, & testibus presentibus aliis inualidè contrahent: tum quia secundum probabiliorum sententiam peregrini teneantur legibus quæ transiunt, ut diximus tract. 3. de leg. disp. 1. punct. 24. §. 7. Tum quia esto non teneantur legibus bonum subditorum speciale inspectantibus: at teneantur legibus bonum commune respicientibus, quæque non tam personas, quam eorum actiones sufficiunt. Ob quam doctrinam ferè ab omnibus receptum est in materia contractuum quemlibet obligatum esse contrahere iuxta consuetudinem, & legem illo in loco receptam quia ratione contractus foritur forum, iuxta Textum in c. 1. de foro competenti. Et leg. si fundus. 6. ff. de emptione. Et tradit Sanchez. de disp. 18. Coninch. dub. 1. in fine. Basil. Ponce, dicto lib. 5. cap. 7. §. 1. num. 6 & seqq.

6. Superest dicendum An sint aliqui casus à prædicta doctrina excepti: Et nemini est dubium de infidelium matrimonio, tamen si Ecclesia sint temporaliter subiecti, quia legibus Ecclesiasticis, qualis hæc est, non alligantur.

7. De fidelibus verò commorantibus in locis, ubi Trident. publicatum est aliquos casus Doctores excipiunt. Primò excipiunt aliqui, quos tacito nomine refert Coninch. disp. 27. dub. 1. num. 11. ignorantes prædictam legem, nam sicut liberantur à culpa, sed à pena irrationis liberari debent. Sed rectius contrarium censet ipse Agid. de Coninch. ibi, & pluribus relatis Sanchez. lib. 3. disp. 17. num. 10. Gutierrez. cap. 61. a. num. 10. Basil. Ponce, lib. 5. cap. 6. in fine num. 18. quia irritatio adus non in penam contrahentium clandestinè imponitur, sed in odium talis contractus, ut inconuenientia inde orta vitentur, ac proinde siue ignorauerit, siue scienter matrimonium clandestinè contrahatur, nullus est valoris. Argum. Textus in cap. 1. de concess. præbenda in 6. ibi, siue ignorauerit, siue non, non valebat.

8. Secundò excipiuntur contrahentes, ubi nullus pastor, aut vicem eius obtinens haberi, aut in proximis locis adiri potest, ob declarationem Clement. VII. restit. Coninch. dicta disp. 27. dub. 1. num. 12. Quem approbare videtur Gaspar Hurtado, disp. 5. de matr. difficult. 3. num. 10. dicens hanc declarationem dispensationem fuisse. Sed Contrarium censeo omnino dicendum cum reliquis Doctoribus. Tum quia non constat authenticè prædicta declaratione, vel dispensatione, Tum quia esto constaret, debebat publicari publicatione legis, ac legem vniuersaliter latam restringeret, ut ex communi firmamus Tract. de legib. disp. 1. punct. 10. num. 5.

9. Tertio excipit soler casus urgentis necessitatis, videlicet, quando in mortis articulo, vel extra maximè expedit matrimonium contrahi, neque adest Parochus qui assistat: quia non est credendum Pontificem voluisse hunc casum sua lege comprehendere, sic tenet tanquam probabile Veracruz in append. ad speculum coniug. dub. 5. solut. 2. ad obiectionem postquam post 7. conclus. Vega lib. 3. sum. casu 361. Capua lib. 2. decis. 8.

num. 8. Et sub dubio Azevedo in leg. 1. num. 3. tit. 1. lib. 5. noua collect. Oppositum tamen communiter Doctores defendunt, vt videre est apud Henrici lib. 1. c. 8. num. 5. & S. Sanch. disp. lib. 3. disp. 17. num. 4. Gutier. c. 61. de matr. à num. 7. Zeuall. in suis seqq. communib. quæst. 60. num. 63. & 73. Coninch. disp. 27. dub. 1. num. 11. Basl. Ponce lib. 5. c. 6. num. 3. & plures alios ab eisdem relatos. Mouentur ex eo quod præsentia Parochi, & testium fuerit à Concilio vt forma contractus apposita, quæ ad valorem contractus ad vnguem seruanda est ex Textu, in cap. cum dilecti de Rescript. maxime in præsentia casu, in quo nulla epicheia admitti debet, quia plures præstat viam esse præclulam clandestinis coniugis, quam quod aliqui damnant aliquid pariantur ex matrimonio non contracto. Quod adco verum est, vt neque Episcopus in casu dictæ necessitatis, in quo Pontifex consuli nequit dispensare possit, vt bene Nauarr. cap. 22. num. 70. Sanch. disp. 17. num. 6. Gutier. cap. 61. numero 7. in fine. Basl. Ponce cap. 6. num. 16. Zeuallos dicta quæst. 60. 3. num. 100. Et colligitur manifeste ex ipso Concilio, quod cum potestatem dispensandi in denuntiationibus concedat, tacite eam negat in præsentia Parochi & testium. Argum. capit. Nonne de presumptione, sicuti probat Glossa in capit. ad audientiam, verbo, vt duo de clericis non resistenti.

10. Quartò excipitur matrimonium, quod prius in facie Ecclesiæ celebratum est, fuit autem nullum ob occultum impedimentum: hoc autem matrimonium ratificari poterit absque Parochi, & testium præsentia. Sed hic casus, postea dicemus, non comprehenditur sub prædicto decreto, ac proinde non est censendus à regula exceptus.

11. Modis autem quo Parochus, & testes præsentibus esse debent matrimonio humano, & moralis requiruntur, quia per ipsos Ecclesiæ constat matrimonio contracto: sicuti ex communi sententia resolunt Ledelm. de matr. quæst. 45. artic. 5. Vers. qd secundum dubium. Henrici lib. 11. capite 3. §. 1. Gutier. de matrim. capite 69. Zencdo præct. qq. lib. 1. quæst. 10. à numero 33. Coninch. disp. 27. numero 44. Non est autem opus, vt rogati, vocati que sint, voluntarieque assistant, quia id à Concilio non requiritur, sed esto vi, vel dolo matrimonio assistere cogantur matrimonium valet: ac quod iniuria non impedit, quin Parochus, & testes de matrimonio testari possint, qui est finis Concilij, aperteque probat lex coram Titio 209. de verbor. significat. Et leg. 1. ff. de Testibus. Sic docent Sacerdo ad præct. c. 73. vers. tercio. Petr. de Ledelm. dicto tract. de matr. quæst. 45. art. 5. punct. 3. dub. 2. vers. quo supposito. Zeuallos præct. qq. quæst. 60. 4. n. 70. Gutier. c. 60. num. 10. Sanch. lib. 3. disp. 39. num. 9. Rebell. de obligat. iustit. 2. part. lib. 2. quæst. 8. num. 4. Peccabunt tamen mortaliter contrahentes, si absque graui causa Parochum cogant matrimonio vi, vel dolo assistere, tum ob grauissima inconuenientia, quæ ex tali assistentia orti solent: tum quia intendunt matrimonium celebrare absque approbatione Ecclesiæ, cuius vices Parochus gerit. Atque ita censent Sanch. disputat. 39. numero 12. Coninch. disp. 27. num. 41. & 45. in fine. Gutier. cap. 69. num. 13. Dolo autem testis inducere vt assistant seclusa iniuria, affirmant Sanch. & Gutier. supra, peccatum mortale non esse, quod firmum non videtur, cum tam ipsi, quam Parochus nomine Ecclesiæ matrimonio assistant, tamen non æquè principaliter. Et ratio generalis deducta ab inconuenientibus, quæ per se ex tali deceptione nascuntur æquè in Parocho, & testibus procedit.

12. Parochus prædicto matrimonio assistens coniuges benedicere debet, ea verba proferens: Ego vos in matrimonium coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Quæ licet non sint de essentia Sacramenti, siquidem Parochus non est Minister, vt ex declaratione Cardinalium probant Sanch. lib. 3. disp. 38. num. 4. Zeuallos in suis qq. præctis, lib. 2. quæst. 60. 4. num. 53. Gutier. cap. 69. num. 3. At peccatum est veniale illorum omisso, cum sub præcepto à Concilio lato continentur, sed quia alia plura continentur, idco Sanch. num. 6. & seqq. Gutier. num. 15. censent horum verborum omissionem leuem esse materiam.

§. IX.

An debeat ad valorem matrimonij, & licitum illius contractum Parochus vtriusque contrahentis, & in propria Parochia assistere?

1. Parochus vnius contrahentis, si in eius Parochia matrimonium celebratur valide, & licite matrimonio assistit.
2. Parochum extra propriam Parochiam assistentem aliqui censent nec valide, nec licite assistere.
3. Vtriusque valide assistere.
4. Solutur oppositum fundamentum.
5. Licite extra propriam Parochiam assistit, etsi alij contrarium sentiant.
6. Negant plures valide assistere Sacerdotem extra propriam Parochiam contrahentis.

7. Oppositum verius est.
8. Quam habitacionem contrahentes habere debeant in Parochia, vt eos Parochus coniungere possit. Proponuntur vtriusque placita.
9. Quid sit tenendum.
10. Parochus illius Parochiæ, in qua decernis maiore parte mori habitare te in matrimonio potest coniungere.
11. Vagantium Parochus est ille in cuius Parochia transseuerat commorantur.

1. Communis est sententia Parochum vnius contrahentis, si in eius Parochia matrimonium celebratur valide matrimonio assistere, eo quod matrimonium est vinculum indiuiduum duo extrema coniungens. Nequit ergo Parochus potestatem habere suam Parochiam alteri iungendi, quin consequenter habeat potestatem alium iungendi suo Parochiano. Cui enim aliqua iurisdictio conceditur conceditur eas, sine quibus iurisdictio consistere non potest, iuxta leg. 2. ff. de iurisdict. omnium iudic. Et cap. præterea de officio delegati: at Parocho conceditur iurisdictio suam Parochiam in matrimonium iungendi, ergo censetur concessa iurisdictio alium cum suo subdito coniungendi, ex eo namque quod sit vnius Parochus est Parochus vtriusque, vt ex declaratione Cardinalium restat Nauarr. c. 2. §. in fine. Henr. lib. 11. de matr. c. 3. n. 2. Sacerdo præct. c. 73. vers. decimo quarta. Caualean. decis. 12. num. 21. Spino de testum. gloss. 1. §. num. 41. Zerola præcti Episcop. 2. part. verbo, Parochus. §. 1. Sanch. disp. 39. num. 9. Zeuallos in suis qq. præct. quæst. 60. 4. num. 16. Gutier. cap. 62. num. 4. Coninch. de matrim. disputat. 27. num. 19. Comitel. respon. moral. lib. 1. quæst. 131. numero 2. Basl. Ponce. lib. 5. cap. 16. num. 2. & conuincitur argumento ex leg. si communem ff. quemadmodum seruitutes amittant. ibi: Si communem fundum ego & pupillum habereimus, licet vtrique non vteretur, tamen propter pupillum, & ego vnam retineo.

2. Verum si ille Parochus non in propria Parochia, sed extra assistat, censent Nauarr. cap. 2. §. num. 144. Ludovic. Lopez 1. p. instruct. c. 8. §. præterea. Et 2. part. de matr. c. 39. Henrici lib. 11. c. 3. num. 2. Rodrig. 1. p. sum. c. 218. num. 5. Zeuallos d. quæst. 60. 4. num. 10. Basl. Ponce. lib. 5. cap. 16. num. 4. nec licite, nec valide matrimonio assistere. Mouentur ex eo, quod Concilium non sit censendum Parocho extra propriam Parochiam concedere iurisditionem, præcipue cum id necessarium non sit, inquit Basl. Ponce. Nam si contrahentes peregrinantur Parochus illius loci qua transeunt eos coniungere poterit, si vero in Parochia feminae vir existat, Parochus feminae eos coniungere poterit. Nulla ergo est causa, ob quam Parochus in aliena Parochia matrimonio assistat. Quod si dicas in præsentia iurisditionem voluntariam exerceri, cuius exercitium extra territorium permittitur: Obstat quia id verum est, quando iurisdictio voluntaria exerceri potest extra territorium absque iusta querela illius qui in eo territorio iurisditionem habet. At Parochus illius territorij iuste conueniri potest, quod alienus ibi assistat, cum ipse possit assistere. Præterea assistentia Parochi non est actus iurisditionis, sed cuiusdam authenticæ testificationis, quæ cum præiudicio territorij non est censenda à Concilio concessa. Cui doctrina videtur fauere declarationes Cardin. relatæ à Basl. d. lib. 5. c. 16. n. 1. dicentes, Quando matrimonium contrahitur inter virum & mulierem diuersarum Parochiarum, Parochum viri in eius Parochia & Parochum feminae in sua Parochia debere sponso benedicere. Expendo verbum debere, quod necessitatem importat.

3. Ceterum verius est, & omnino tenendum Parochum viri in Parochia feminae, vel extra vtriusque Parochiam valide assistere eorum matrimonio: sic ex communi sententia docent Spino de testum gloss. 1. §. numero 42. Sanch. lib. 3. disp. 19. numero 8. & 14. Coninch. disp. 27. numero 22. Gutier. tract. de matr. c. 61. n. 5. Ratio videtur manifesta, nam Concilium solum exigit Parochi assistentiam, non autem exigit quod in propria Parochia assistat, neque eius sui necessarium erat, cum ex eius assistentia vbiunque matrimonium celebraretur, clandestina nuptia vitantur, ob cuius causam assistentia Parochi à Concilio postulat.

4. Neque fundamentum Baslij virget, nam prædicta assistentia esto non sit actus iurisditionis voluntariae, nullo modo est actus iurisditionis contentiosa, & neque illam vilo modo imitatur, ac proinde extra territorium exerceri potest. Et licet non esset necessarium prædictam quasi iurisditionem Parocho concedere, fuit tamen conuenientissimum, vt sic facilius matrimonium celebrari posset concessa pluribus Parochis facultate ei assistendi. Neque declarationes Cardinalium contrarium probant: nam explicari possunt non de assistentia præcisè, sed de benedictione in Ecclesiæ inter Militarum solemniam faciendæ. Et esto de assistentia intelligatur, solum conuincunt Parochum viri in propria Parochia assistere debere, non ex necessitate, sed ad maiorem matrimonij securitatem, & certitudinem.

5. Sed an licite extra propriam Parochiam assistat? Negant Sacerdo.

Saled. p. 73. §. 7. undecimo, in noua edit. Henric. lib. 1. c. 3. ...

6. Grauius tamen dubium est, An validum sit illorum matrimonium, cui Sacerdos ex commissione Parochi assistit...

7. Sed longe verius est, & omnino tenendum aequè Delegationem assistere matrimonio posse extra Parochiam committere...

8. Superest dicendum de habitatione, quam contrahentes habere debent in Parochia, vt Parochus eos in matrimonium coniungere possit...

Alij verò contra nimis extendunt habitationis iura; censent namque Parochum illius Parochiæ, in qua etiam pertransitum habitare esse tuum Parochum...

Ceterum hæc postrema sententia Basilij nullam speciem probabiliteris habet. Tum quia est aduersus communem sententiam, & praxim receptam, grauissimique incommodis subiecta...

Eucharistiam in Paschate ministrare absque licentia illius parochi, sed in excommunicationem incidere, iuxta Clem. de privileg. quod nullatenus est dicendum...

9. At media via censeo procedendum, atque adeo affirmandum non solum illum verum Parochum tui esse ad matrimonium, in cuius parochia habes domicilium, id est habitationem animo perpetuo manendi...

10. Notanter dixi te in matrimonium coniungere posse Parochum illius Parochiæ, in qua decernis maiori parte anni habitare, quia non est opus, vt de facto habitet...

11. Verum quia sunt alij, qui nec domicilium alicubi habent, neque ex animo habitationem diuturnam, sed modo hic, modo illic assistunt, & hinc inde vagantur...

§. X.

Quæ condiciones requirantur in Parocho, vel eius Delegato, vt matrimonio assistat?

- 1 Aliqui exigunt, in Parocho Sacerdotalem dignitatem.
2 Verius est oppositum.
3 Satisfit opposito fundamento.
4 Paroche non Sacerdos matrimonio licite assistit, esto contra censet Petr. de Ledefm.
5 Qui ex commissione Parochi matrimonio assistit, necessario debet esse Sacerdos.
6 Paroche esto excommunicatione immodatus sit, valide matrimonio assistit.
7 Idem dicendum est si ob eius crimen priuatus sit administratione Sacramentorum.
8 Prædictus Paroche excommunicatus, & interdictus valide concedit licentiam assistendi matrimonio.
9 An sufficiat Parochum esse sic communiter existimatum.
10 Paroche beneficium parochiale obtinens inualide matrimonio potest assistere.
11 Item Sacerdos, cui Paroche verbus tantum absque intentione licentiam concessit.

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Pars V.

1. Aliqui exigunt in Parocho sacerdotalem dignitatem, ut validè matrimonio assistat, moti ex decreto illo Concilij sess. 24. cap. 1. dicente: *Qui aliter quàm presente Parocho, vel alio Sacerdote, D. d. tio namque aliud est similitium repetitua. Iuxta leg. quidam velatus. ff. de rebus dubis. Et tradit Glossa in Authent. Qui semel. Cod. quomodo, & quando in d. ex. in verbo aliud. Et in leg. si fugitivus. Cod. de feruis fugitiuis. Archidiacon. cap. vlt. de Regulariò in 6. Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 80. num. 22. Et pluribus comprobat Sanch. lib. 3. de matr. disp. 10. num. 2. At in Delegato omnes requirunt sacerdotalem dignitatem, ergo etiam in Parocho delegante, præcipue cum ex antiqua Ecclesiæ consuetudine necessariò Sacerdos nuptiis assistebat. Vt constat ex his, quæ congerit Gratian. 30. q. 5. Atque ita docent Nauarr. lib. 1. consil. tit. de officio Ordini. consil. 1. aliàs lib. 4. tit. de clandest. desponsat. consil. 10. Salcedo pract. cap. 7. 3. vers. decimo quarto. in noua edit. Alphons. à Venerum. in append. ad specul. coniug. dub. 5. conclus. 2. Et probabilè reparat Petr. de Ledesm. de matr. quæst. 45. art. 5. par. 3. Sanch. dicta disput. 20. num. 2.*

2. Sed rectius contrarium censent idem Nauarr. lib. 4. consil. tit. de sponsalibus. consil. 30. aliàs tit. de clandest. desponsat. consil. 9. Henric. lib. 1. cap. 3. num. 5. Zeuall. qq. pract. q. 604. num. 56. & 57. Sanch. lib. 3. disp. 20. n. 3. Gutier. de iuram. confirm. 1. p. cap. 14. num. 13. Et de matr. cap. 62. num. 16. Zenedo pract. lib. 1. q. 30. num. 54. & seqq. Et alij apud ipsos. Ratio est, quia hoc decretum Concilij cum sit iuris communis correctiuum, eius verba non amplianda sunt, sed potius restringenda. At in prædicto cap. 7. 3. mentionem Parochi fecit, nulla facta mentione sacerdotij. Non igitur ea qualitas expostulanda est, quæ si necessaria esset, non omitteretur à Concilio. Adde præsentia Parochi requiritur, ut Ecclesiæ constet de matrimonio, quod optimè præstari potest à Parocho non Sacerdote.

3. Neque fundamentum contrarium viget. Fateor namque dictionem *alius*, vel *aliud* aliquando repetere similia, & aliquando dissimilia, quod ex subiecta materia colligendum est, ut bene comprobat Glossa in cap. canonisationis. disp. 36. & cap. sedes de rescript. verbo, maiores ad finem. Et in leg. non solum ff. de procuratoribus. §. quatuor. Per Textum ibi. Et in leg. ff. de constit. a pecun. §. ab initio. Et in leg. in causa verbo, competere ff. de Minoribus. Quare in Authent. ut deservit, seu funera corum. collat. 5. in princ. dicitur Milites, & seruis alios plurimos, cum tamen seruis milites esse nequirent. Leg. super seruis. Cod. qui militare possunt. vel non. lib. 12. Et in Authent. de mand. princ. §. oportet. coll. 3. inquit rexus, Nulla alia actio, nisi officium iudicis, cum tamen officium iudicis actio non sit. Et in sacris litteris, Math. 28. Marc. 15. Et Lucae, 21. Dicebantur alij duo nequam. Crucifixi sunt cum eo alij duo latrones. Non igitur ex prædicta dictione rectè colligitur Parochum Sacerdotem esse debere, præcipue cum assistentia Parochi in matrimonio non ex ordine, sed ex officio Parochi, & quatenus Parochus est, iurisdictionem habet illi competat. Adde est concedamus dictionem *alius* in præsent decreto esse repetituum similitum, dicendum est factum fuisse non ex necessitate, sed quia frequenter, & regulariter contingit Parochum Sacerdotem esse. Sicuti cap. omnis viri usque sexus, de penitent. & remission. cauetur neminem posse alieno sine licentia proptij Sacerdotis confiteri, cum tamen Parochus non Sacerdos hanc licentiam concedere possit. Et c. nuper. de sentent. excommuni. vers. in secundo vero casu, committitur absolutio ab excommunicatione non reservata proprio Sacerdoti, cum tamen Parochus non Sacerdos eam præstare possit. Et eandem licentiam potest concedere Parochus non Sacerdos Religioso, ut Sacramenta ministret, vitæque excommunicationem latam in Clem. de priuileg. tametsi sibi caueatur, ne Religiosus absque licentia Presbyteri parochialis Euchariistiam ministret. Vtuntur enim prædicti Textus nomine Sacerdotis non ex necessitate, sed ratione frequentioris vsus, ut bene comprobat aliis relatis Sanch. disp. 20. n. 2. Gutier. de matr. cap. 62. n. 17.

4. Sed an licitè Parochus non Sacerdos matrimonio assistat? difficultate non caret. Nam Petr. de Ledesm. quæst. 45. de matr. art. 5. par. 3. dub. 3. concl. 3. censet esse peccatum mortale, partim, quia non potest coniugibus benedicere, partim, quia est causa, quod contrahentes materia probabiliter vtantur in matrimonij contractu, reddantque Sacramentum nullum, cum negari non possit probabilè esse requiri à Concilio præsentiam Parochi Sacerdotis. At contrarium tenendum est cum Sanch. dicta disp. 20. num. 4. Gutier. dict. c. 62. n. 20. eo quod benedictio, quæ non fit inter Missarum solemnia, vulgò *voluntiones*, sed priuatiuè prolatione illorum verborum: *Ego vos coniungo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, optimè à non Sacerdote præstari potest. Vfus autem materie probabilis in administratione Sacramentorum non est per se illicitus, sed solum quando ex speciali Ecclesiæ præcepto, vel consuetudine vim legis obtinente prohibetur, ut latè probauimus tractat. 1. de conscientia. disputat. 2. p. m. 5. Quare non solum licitè, & validè assistere matrimonio Parochus non Sacerdos potest, sed licentiam assistendi alteri

concedere, ut præfati Doctores aduertunt, quia cum in hac potestate vtatur iurisdictione ordinaria, potest eam alteri delegare.

5. Ille verò cui Parochus assistendi matrimonio concedere licentiam potest, necessariò Sacerdos est futurus, eo quod Concilium expresse, vel alio Sacerdote, & verba intelligenda sunt proprie, & iuxta communem vsum, c. ex litteris. c. 1. de sponsalibus. Non tamen opus est esse ad Ordinario approbatum ad Sacramenta ministranda, quia Concilium eam approbationem non exigit; sic docent aliis relatis Sanch. disp. 20. num. 10. Zeuall. in suis qq. pract. commun. contra commun. quæst. 604. num. 58. Gutier. cap. 62. num. 22.

6. Secundo alij exigunt in Parocho, ne aliqua censura innotatus existat maxime excommunicatione denunciata, quia iurisdictione priuatur. Sed oppositum verius existimo, eo quod excommunicatus, suspensus, vel irregularis non eo ipso beneficii possessione priuatur, sed verè Parochus est. Concilium autem solum requirit Parochi præsentiam. Ergo licet sit excommunicatus, siue suspensus, & irregularis, sufficit. Præterea assistentia Parochi requisita est à Concilio, ut auctoritatem præstet contractui, non ut actum iurisdictionis exerceat, cum esto inuitus assistat, validè assistit, iurisdictione autem tempore voluntariè exercenda est. Neque his obstant, quod excommunicatus nominatim nequeat esse testis, eiusque testimonium nullum sit, Cap. veniens. d. 2. de Testibus. & attestacionibus. & cap. decernimus de sentent. excommunicat. Et ibi Doctores, vt refert Mascard. de probat. concl. 705. Non inquam obstat, quia esto communiter, & regulariter excommunicatus à refflimio proferendo repellatur, admittitur tamen in aliquibus casibus, in quibus infames admittuntur, cum autem eo fauorem matrimonij etiam infames admittuntur in testes, vt dicimus, & Parochus excommunicatus admitti poterit, vt bene docuit Mascard. loc. alleg. Atque ita in terminis docent Petr. de Ledesm. dicta quæst. 45. art. 5. par. 3. dub. 3. Henric. lib. 1. de matr. c. 3. num. 4. & 5. Sanch. lib. 3. disp. 21. num. 4. Zeuall. qq. pract. q. 604. num. 65. Gutier. cap. 62. num. 23.

7. Quinimò esto Parochus ob eius ignorantiam, vel timorem priuatus generaliter sit administratione Sacramentorum, vel ob aliquam specialem causam, ne has illas personas matrimonio coniungat, non obinde matrimonium nullum est, si de facto assistat, quia illa prohibitio tantum reddit actum illicitum, sed non inualidum, cum non auferat Parochi qualitatem, quæ solum est à Concilio requisita, vt bene ex congregat. Cardinal. tradit Salcedo in pract. crimin. c. 73. vers. primum igitur dubium, in noua edit. Henric. lib. 1. de matr. c. 3. num. 4. Zeuall. dicta quæst. 604. num. 71. Sanch. lib. 3. disp. numero 11. Gutier. cap. 62. de matr. numero 25. & alij apud ipsos.

8. Hinc infero aduersus aliquos Doctores quorum meminere Sanch. Zeuall. Gutier. & alij referendi prædictum Parochum excommunicatum, & interd. cum validè concedere alteri Sacerdoti etiam excommunicato, & interd. licentiam matrimonio assistendi, siquidem Concilium eam potestatem communicandi licentiam permittit Parocho, qui assistere matrimonio potest, neque in Sacerdote, cui Parochus licentiam concedere debet, aliam qualitatem præter Sacerdotium Concilium exigit. Neque est verum quod tradit Coninch. disp. 27. dub. 2. num. 25. concessionem licentiae esse actum iurisdictionis, vel dominij, quo excommunicatus nominatim priuatur; eo quod Sacerdotem non Parochum qualificat, & aptum reddat ad solemnem matrimonij assistentiam, ad quam seclusa illa licentia ineptus erat. Nam esto sit actus dominij, & potestatis, sicuti est fuorum bonorum communicatio, vt iurisdictionis non videtur esse, cum nec licentiam ferat, nec iurisdictionem communit. Excommunicatus autem non toleratus est omnino priuatus sit iurisdictionis vsu, non tamen dominij communicatione, quod in alium validè transferre potest. Atque ita vt probabilis defendat Nauarr. cap. placuit de penit. disp. 6. num. 73. Et aliis relatis Sanch. disp. 21. num. 8. Zeuall. dicta quæst. 604. num. 120. Gutier. c. 62. num. 24. Henric. lib. 1. cap. 3. num. 5. Et lib. 1. cap. 7. num. 7.

9. Tertio solet ab aliquibus postulari in Parocho, vt validè matrimonio assistat, vt verè Parochus sit, non existimatur. De qua conditione plurima congerit Sanch. disp. 22. per totum, quorum examinatio potius ad tractatum de excommunicatis, vel penitentibus pertinet, quam ad præsentem. Breuiter tamen aperiam quid in hac parte tenendum sit. Et quidem si Parochus intrusus sit in beneficium absque titulo à legitimo superiore concessio, communis sententia tenet nullatenus valere matrimonium, cui ipse assistit, quia deficit titulus coloratus, quem vsu requirit, vt gesta ab inhabili valida reputentur, vt latè probat Sanch. d. disp. 22. num. 49. & 50. tametsi probabilè sit, & rationi consonum solum communem populi errorem sufficere ad iurisdictionem concedendam, vt latè probat Basil. Ponce, lib. 5. cap. 20. n. 2. quia præscriptio, & consuetudine iurisdictione acquiritur, eamque tubere potest

qui est in possessione delegandi, tamen verum titulum non habeat. Argum. Textus in *Audent. de Tabellionib. seu Nouel.* cap. 1. in fine. ibi Documentis propter utilitatem contrahentium non infirmantur, quippe utilitati publice maxime expedit, ne gesta ab eo qui communiter potens existimatur inuultu da sint, cum Respublica defectum supplerere possit.

10. Illud vero est certum, si Parochus beneficium parochiale obtinuit inualide tamen; quia excommunicatus, vel irregularis erat, vel si valide obtinuit, postea fuit illo titulo priuatus, vel à iure, vel per sententiam, sed non beneficio spoliatus stante communi errore vulgi putantes probabiliter ipsiolum verum Parochum esse, tam matrimonium, quam alia gesta per ipsam valida sunt: iuxta leg. *Barbarius Philip.* ff. de officio prator. Et cap. *infantis*, 3. quæst. 7. Et pluribus comprobatur Henrici lib. 1. cap. 3. num. 4. Rodrig. 1.4. sum. cap. 219. num. 8. Sanch. disp. 22. num. 5. 6. & 92. Gutierr. cap. 62. num. 2. 6. & 27. Ius namque propter vitanda scandala, grauiatque inconuenientia, quæ ex nullitate actuum oriri possunt vitari potestatem his, qui communiter habere iurisdictionem existimantur. Quod verum est tamen à contrahentibus inuoluntate cognoscatur, quia singularis scientia commanent errorem non impedit, ob quem iurisdictione conceditur. Argum. leg. *nam ad ea*. ff. de legib. Vt notauit Sanch. dicta disp. 22. num. 42. Gutierr. cap. 62. num. 6.

11. Ex qua doctrina inferes valide matrimonio assistere Sacerdotem, cui Parochus verbis tantum abque intentione licentiam assistendi concessit, quia adest communis error cum nullitas tituli occulta sit, vt aduersus Petr. de Ledelm. q. 4. art. 5. p. 3. d. 4. colum. 2. tradit Sanch. dicta disp. 22. numero 62. Gutierr. cap. 62. num. 18. Quinimo valere matrimonium esse verè Sacerdos non sit, sed tantum communiter existimatur, quia licet Parochus non possit licentiam assistendi non Sacerdoti concedere; à ea concessa adest titulus præsumptus licentia & insuper communis error, ob quem Ecclesia defectum iure humano inducendum supplet, vt optime Sanch. num. 27. Gutierr. num. 26.

§. XI.

Quis sit Ordinarius valens assistere matrimonio, & assistendi licentiam concedere?

1. Qui sint Ordinarij ex recepta omnium sententia.
2. Vicarium generalem seclisæ speciali consuetudine negant esse Ordinarium.
3. Vicarij est oppositum.
4. Soluuntur opposita fundamenta.

1. Conueniunt omnes Episcopum, vel Archiepiscopum in sua diocesi esse Ordinarium, non tamen comparatione Subdiorum Suffraganeorum, quia comparatione hominum Ordinarius non est nisi in casibus specialibus, vt decidit capite papalis in princ. de officio Ordinarij. Casus autem speciales sunt, Primò, si adu visitaret Suffraganeos; etenim eo tempore Ordinarius censetur, teste Henrici lib. 19. c. 13. num. 1. Sanch. lib. 3. disp. 28. n. 3. Et 4. Suarez. 4. in 3. p. disp. 25. sit. 1. num. 14. Coninch. de matr. disp. 27. num. 17. Secundo, extra tempus visitationis, denegata ab Episcopo licentia fuerit: que causa ad Archiepiscopum per appellationem deuoluta: tunc enim causa cognita, & sententia prolata, cui locus appellationi non sit, poterit eo matrimonio assistere, vel licentiam concedere, sicut resoluunt Spino de Testam. gloss. 15. n. 3. 9. Segura director. iudic. Ecclesiæ. 2. p. cap. 115. num. 50. alijs relictis Sanch. lib. 3. disp. 28. num. 4. Gutierr. de matr. cap. 66. num. 3. Deinde censetur Ordinarius Cardinalis respectu Subditorum Ecclesiæ sui tituli, quia habent iurisdictionem quasi Episcopalem ex Textu in cap. *his quo de maiorit. Et obediunt.* Et traquand Nauarr. lib. 4. consil. tit. de sponsal. consil. 27. alias tit. de elationibus desponsat. consil. 1. 1. num. 1. Sanch. dicta disp. 28. n. 7. Gutierr. c. 66. n. 3. Item sunt Ordinarij omnes Legati Pontificis in Prouincia suæ legationis, possunt enim quidquid potest Episcopus, vt probat Sanch. num. 8. Gutierr. num. 10. Et lib. 1. canon. q. 6. 11. n. 6. Coninch. disp. 17. dub. 2. num. 16. Præterea censeri Ordinarium capitulum Sede vacante, seu eius Vicarium resoluunt Coninch. num. 17. Gutierr. dicto c. 66. n. 5. Sanch. loco alleg. & alij communiter. Item Ordinarius censetur Abbas Ecclesiæ nulli Episcopo subiectæ, vt colligitur ex cap. *Ioannes de Testamentis.* & tradit Henrici lib. 11. de matr. c. 3. n. 4. Petr. de Ledelm. de matr. q. 4. art. 5. puncto 3. paulo ante dub. 4. Sanch. dicta disp. 28. n. 6. Gutierr. c. 66. num. 6. Denique omnes illi qui iurisdictionem quasi Episcopalem habent comparatione Subditorum Ordinarij censentur, vt bene comprobatur Sanch. Gutierr. Coninch. loc. alleg.

2. Superest difficultas de Prouisore, seu Vicario generali Episcopi, An seclisæ speciali commissione possit matrimonio assistere, & Sacerdoti licentiam concedere? Negat Sorus in 4. d. 28. q. 4. art. 3. vers. circa concessiones. Anton. Gomez in bulla *in uicaria* c. 4. circa 4. quæst. numero 21. Moutentur, quia Vi-

carus instituitur ab Episcopo, ab eoque recipit iurisdictionem à pro libito Episcopi restringendam, vel ampliandam. Ordinarius autem à supremo Principe scilicet Pontifice, vel Rege, si secularis sit iurisdictionem recipit, vt constat ex c. à iudicibus. 2. q. 1. & docet Gloss. in c. 2. verbo, *constituuntur. Ne Pralati vices suas.* Secundo, Vicarius vices Episcopi gerit, c. Romana in initio de appellat. in 6. ibi, *eorum vices supplendo cognoscunt.* At Ordinarius non vices alterius gerit, sed officio proprio fungitur, lege 1. §. qui mandatum. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictione. Tertio, morte Episcopi iurisdictione Vicarij perit: at ordinata iurisdictione mortuo instituitur per seclis, scilicet delegata. capite gratum, capite relatum. capite licet de officio deleg.

3. Nihilominus dicendum est nomine Ordinarij Vicarium generalem Episcopi, & Capituli sede vacante comprehendendi, eo quod Vicarius generalis Episcopi vnum tribunal cum Episcopo, vnamque iurisdictionem constituat, ex cap. Romana de appellat. in 6. & c. 2. de consuetudine in 6. idemque de Vicario Episcopi ad Episcopum non est appellatio, vt ex eisdem Textibus constat, nisi in casibus quæ ex speciali commissione Vicario conceduntur, & in quibus ipse est delegatus. Quod si obicitur ex vi vicariatus solum habere iurisdictionem in casibus civilibus, & contentiosis, c. 2. de officio Vicarij in 6. quæ non videtur esse assentientia matrimonialis, & fortè ob hanc rationem inquit Conc. Trident. sess. 24. c. 20. de reformat. cognitionem causarum matrimonialium ad solū Episcopum pertinere tacite eius Vicarium excludens? Respondeo negando Vicarium habere tantum iurisdictionem in casibus civilibus, & contentiosis, habet enim in casibus spiritualibus ad administratione Sacramentorum pertinentibus, neque contrarium probat Textus in dicto c. 2. de officio Vicarij; ibi enim cum dicitur tantum habere iurisdictionem in casibus civilibus non spirituales, & matrimoniales exclusit, sed criminales, quæ ex vi vicariatus iudicare non potest. Neque item obest Trident. quia esto alferat ad solos Episcopos pertinere causarum matrimonialium cognitionem, non obinde Vicarium excludit, oportebat namque expressè illum excludere, vt factum est sess. 24. c. 6. 1. ibi *eis tantum, non eorum Vicarijs sit permissum*, sicuti annotauit Flamin. lib. 3. de resignat. benefic. q. 12. n. 20. Et 21. Sanch. l. 3. d. 29. n. 16. Gutierr. c. 69. n. 7. Adde etiam ratione vicariatus non haberet causas matrimoniales Vicarius Episcopi cognoscere, adhuc non in futurum validè assistere matrimonio non posse, siquidem Parochus causas matrimoniales non cognoscit, & tamen validè assistit, & licentiam concedit, quia est Ordinarius. Quapropter tenendum est Vicarium Episcopi, & Capituli, & esse Ordinarium, & posse licitè & validè matrimonio assistere, & licentiam alteri Sacerdoti assistendi concedere, vt bene ex communi sententia docuerunt Petr. de Ledelm. in sum. 1. p. de Sacram. matrim. c. 4. comel. 4. dub. 17. Henrici lib. 11. c. 3. n. 4. Sanch. lib. 3. disp. 29. num. 18. Gutierr. canon. q. 1. lib. 1. c. 19. n. 13. Et tract. de matr. cap. 66. n. 12. Et c. 69. n. 9. Coninch. disp. 27. dub. 2. n. 17. Laym. lib. 5. sum. tract. 10. 2. p. c. 4. n. 5. Basil. Fo. ce. lib. 5. c. 11. n. 1. Gaspar Hurtado disp. 5. de matr. difficult. 9. n. 12.

4. Ex his facile argumenta opposita soluuntur. Ad primum concedo pertinere ad Episcopum designare vicarium, at eo nominato non ab Episcopo, sed à iure, supremèque capite iurisdictionem recipit. Quod autem aliquando latiore, ampliorèque iurisdictionem habeat, id est, quia ab Episcopo specialiter conceditur potestas, & iurisdictione ultra à iure concessam, quæ iurisdictione si specialiter committatur huic personæ quatenus talis est, est iurisdictione delegata: at si committatur ratione vicariatus, vt si in litteris diceret Episcopus: huic nostro Vicario, & Officiali concedimus &c. Aut eius iurisdictione ordinaria volumus, vt ad hanc, vel illam causam cognoscendam extendamur; tunc iurisdictione non delegata, sed ordinaria erit, vt bene comprobatur Sanch. lib. 3. disp. 29. num. 8. quia principalis iurisdictione trahit ad se minus principalem, eique annexam, cap. quod in dubiis de consecrat. eccles. Et expressè deciditur cap. *translatio de condit. ibi Quia simul Et ab eodem, sub eadem sponsione veraque data sunt, quod de vno dicitur, necesse est quod de altero intelligatur.* Ad secundum respondeo Delegatum vices gerere delegantis in diuerso tribunali, at Vicarius non gerit vices Episcopi in diuerso, sed in eodem tribunal, vt constat ex dicto cap. Romana, ob quod non conceditur appellatio à Vicario Episcopi ad Episcopum, nisi in casibus, in quibus Vicarius fuerit delegatus. Ad tertium: quando iurisdictione ordinaria non est eadem cum instituitur per seclis, eo mortuo: cum iurisdictione Vicarij eadem sit cum iurisdictione Episcopi finitur Vicarij iurisdictione etiam quoad negocia cæpta, vt multis probat Sanch. lib. 3. disp. 30. num. 2. Et 3. Gutierr. de matr. c. 69. n. 14.

Notanter dixi Vicarium generalem, vt excluderem foreneum; hic enim neque Ordinarius est, nec per se assistere matrimonio potest, aut licentiam concedere, nisi ea potestas ei fuerit specialiter commissa, vt ex communi sententia docet Sanch. d. disp. 29. n. 20. Gutierr. cap. 67. n. 16. Et cap. 69. num. 12.

§. XII.

Qualiter Parochus, & Ordinarius licentiam assistendi matrimonio concedere possint, & debeant?

- 1 Valet licentia generaliter, & verbo tenus concessa.
- 2 Item metu, vel dolo obtenta.
- 3 Tacitam licentiam insufficientem esse firmamus plures.
- 4 Sub distinctione respondetur.
- 5 Qualiter rati habitio sufficiat.
- 6 Licentia Sacerdoti concessa sub generalibus verbis, vel specialiter debet ipsi Sacerdoti consistere.
- 7 Sacerdos non debet credere contrahentes impetrasse licentiam.
- 8 Vice-Parochus potest hinc licentiam sicut & Parochus concedere.
- 9 Parochus interdictus ab Ordinario ne licentiam concedat, si de facto eam concesserit, valida est.
- 10 Licentia semel delata revocari potest.

1. **N**on est opus licentiam in particulari concedi, aut in scripto, sed verbo tenus, & generaliter concedi poterit, ut decimum refert à Congregat. Cardinal. Farinae. volum. 4. pag. 67. Henric. lib. 11. de matrim. cap. 3. num. 5. Sanch. lib. 3. disp. 3. num. 10. Zenedo. pract. o. lib. 1. quest. 30. num. 80. Basil. lib. 5. cap. 19. num. 12. eo quod Concilium solum exegerit licentiam, neque addiderit in particulari, aut in scriptis. Censetur autem generaliter concessa, si Sacerdoti committas, ut exerceat omnia Parochi munia. An autem concessione ministrandi omnia Sacramenta censetur concedi? variant Doctores. Nam Coninch. disp. 27. dub. 3. num. 30. Henric. lib. 11. c. 3. num. 5. Gaspar Hurtado disp. 7. difficult. 11. num. 37. negant eo quod matrimonium non administratur à Parocho, vel Sacerdote. Sed rectius meo iudicio procedit Basil. Ponce. lib. 5. cap. 19. in princ. affirmans sufficienter prædictis verbis licentiam assistendi matrimonio esse concessam, quia esto in rigore matrimonium non administratur à Parocho, vel Sacerdote, improptè tamen ministratur, quatenus eius præsentia nomine Ecclesie matrimonij administrationi necessaria est sicque fuit à sacra Congregat. decisum, teste Farinae. volum. 4. pagin. 275. ibi Requiritur commissio generalis ministrandi Sacramenta, vel si hæc absq̃ expressa, vel specialis licentia.

2. Rursus valere prædictam licentiam etsi metu vel dolo obtenta sic firmant Sanch. lib. 3. disp. 39. num. 13. & 14. Coninch. disp. 27. num. 37. Gutier. de matrim. cap. 6. num. 4. & 15. Gaspar Hurtado de matrim. disputat. 5. difficult. 11. in fine, eo quod per hanc licentiam nihil concedatur Sacerdoti, quod in eius dominium transeat, quippe solum conceditur eius personalis assistentiæ valor, ut matrimonium firmet, cum ergo prædicta licentia sic extorta non irriteretur à iure, efficitur validam esse.

3. Difficultas autem est, An tacita licentia sufficiat? Negant Menoch. de arbitrar. casu 453. n. 13. & 14. Et conf. 183. num. 7. Petr. de Ledem. 1. par. sum. de Sacram. matrim. cap. 6. conclus. 4. dub. 14. Henric. lib. 11. cap. 3. n. 5. l. v. Zevallos in suis 99. communib. quest. 604. num. 114. Zenedo. pract. canon. lib. 1. q. 30. num. 79. in fine. Gonzalez ad reg. 8. cancellar. gl. 17. num. 52. testaturque à sacra Congregatione decisum in hæc verba. Non sufficit tacita licentia, quæ resultat ex tolerantia. Movenitur, quia Concilij verba expolulantur licentiam propriè sunt intelligenda.

4. Ceterum distinguendum est in tacita licentia, & affirmandum tacitam licentiam de præsentia, quam censetur Parochus concedere videns Sacerdotem nomine suo se disponere ad matrimonium assistendum, cum facile possit impedire sufficientem esse: sic ex communi sententia docent Sanch. lib. 1. disp. 35. num. 20. Coninch. disp. 27. dub. 3. num. 31. Basil. Ponce. lib. 5. cap. 19. num. 1. Gaspar Hurtado disp. 5. difficult. 11. num. 38. Et enim ille tacitus consensus signum illo exteriori expressus vera licentia est actum matrimonij antecedens, ergo sufficit. At si licentia tacita non antecedit matrimonium, sed illud subsequatur, quæque vocatur rati habitio de futuro, nullatenus sufficit ad valorem matrimonij, ut rectè docent Zenedo dicto lib. 1. quest. 30. num. 78. Sanch. Coninch. Basil. Hurtado loc. alleg. siquidem matrimonium non fit præsentia Parocho, vel Sacerdote qui à Parocho habeat licentiam, sed qui habiturus esset, si peteret, præsumiturque suam assistentiam non fore illi ingratam, cum tamen Concilium exigat assistentiam Parochi, vel alterius Sacerdotis ex licentia Parochi.

5. Quod si obiciat rati habitioem retrorahi, & mandato comparari, regula rati habitioem de Regalis iuris in 6. at si mandatum matrimonio præcessisset validum esset matrimonium ex mandato Parochi celebratum, ergo etiam ex ra-

tihabitione postea subsequente? Et confirmari potest, quia ad ministranda Sacramenta Eucharistia, & extrema Vactionis rati habitio sufficit de futuro, ergo etiam sufficere debet ad matrimonium, siquidem omnia hæc absque Parochi licentia ministrari nequeunt. Clement. dudum. §. verum ne parochialis de sepulcr. Et Trident. sess. 24. cap. 13. de reformat. Respondeo rati habitioem mandato comparari, & retrorahere ipsum actum, quando valor actus pendet ex sola voluntate mandantis, at contractus matrimonij pendet à multis capitibus, scilicet à consensu contrahentium, à testium, & Parochi, vel alterius Sacerdotis ex licentia Parochi præsentia, quæ cum hæc non adit, inualidus est actus, nequit ergo ex voluntate Parochi tantum reddi postea validus. Ad confirmationem dico esse latum discrimen inter administrationem Eucharistia, & matrimonij præsentiam. Nam licentia Parochi pro ministranda Eucharistia non exigitur, ut valide ministraretur, sed vt licitè, idèque non est necesse, quod præcedat ministratioem, sed sufficit probabilis præsumptio illius futuræ. Secus in matrimonij præsentia ad cuius valorem licentia Parochi postulat, cum igitur illam non habeat, sed solum habeat spem, & præsumptionem dandam fore, non poterit validè assistere, & sic intelligenda est declaratio Cardinalium.

6. Hæc inquam licentia Sacerdoti concessa sub generalibus verbis vel specialiter, & in particulari vt valeat necessariò debet consistere ipsi Sacerdoti, vel per epistolam, vel nuncium missum à concedente: est enim quoddam prius legium, & quasi quædam donatio, quæ non prodest quousque acceptetur, acceptari autem non potest, nisi agnoscatur. Argum. Textus cap. si tibi absentis, de præbendis in 6. Et cap. ad nuncium vers. ex parte, de concess. præbendis in 6. Solum est dubium, An sufficiat, quod nuntius à Sacerdote missus licentiam acceptet, vt ipse Sacerdos validè matrimonio assistat, tamen si ignoret licentiam datam esse, & à suo nuncio acceptatam? Negat Gaspar Hurtado disp. 5. de matrim. diff. 13. Et Basil. cap. 2. num. 8. moti ea ratione, quia non est credendum Conc. Trident. & Parochum velle, vt licentia valeat, quousque, cui conceditur ea licitè uti potest, at ignorans licentiam ea illicitè vitur vt de se constat. Rectius tamen contrarium censent Sanch. dicta disp. 36. num. 2. Coninch. disp. 27. dub. 3. num. 3. Quorum ratio esse potest, quia cuiuslibet beneficij, privilegij, dispensationis, facultatis, & gratia concessio à puelo acceptationis facta à nuncio ad id specialiter destinata habet effectum, vt communiter Doctores tradunt, & colligitur ex cap. si tibi absentis, de præbendis in 6. Ergo idem est dicendum de prædicta licentia concessione, cum nullam sit fundamentum aliam conditionem novam exigendi, nam quod Sacerdos ea vti non possit licitè, quousque sibi innotescat esse concessam per accidens est, neque valorem licentia impedit, sicut neque cuiusvis alterius facultatis.

7. Movenitur tamen communiter Doctores Basil. lib. 1. cap. 29. num. 8. Sanch. lib. 3. disp. 37. n. 2. Coninch. disp. 27. dub. 3. in fine Sacerdotem regulariter non debere credere affirmantibus ab Ordinario, vel Parocho impetrasse licentiam matrimonio assistendi, præcipue si velint contrahere absque denunciationibus, quia in de grauissima inconuenientia oriri possunt, nisi forte persona essent tam grauis auctoritatis, vt nulla fraudis suspicio adesset. Neque obstat affirmanti se habere facultatem à proprio Sacerdote alteri confidendi credi debere, vt inde inferas idem esse dicendum in matrimonio: est enim diuersa ratio. Nam penitentia Sacramentum solum respicit penitentis salutem, idèque non est verisimile ibi fallaciam subesse: at matrimonium & ad forum externum pertinet, & plura emolumenta temporalia ex eo appeti possunt, quæ facile solent mentes hominum euertere.

8. Prædictam licentiam non solum Parochus, & Ordinarius concedere possunt alteri Sacerdoti, sed etiam viceparochus ad breue tempus constitutus, quia esto sine Delegati sunt tamen Delegati ad vniuersitatem causarum, idèque vnam, vel alteram causam subdelegare possunt: Argum. l. 1. §. ab eo ff. quis, & à quo. Et cap. cum causam, verbo delegatus, de appellationib. alium tamen vicecuratum constituit non potest, nisi aliter consuetudo obtineat, vt obtinere ad breue tempus testatur Adrian. & Metimna. quos refert, & sequitur Sanchez disputat. 31. num. 15. Qui poterit alteri Sacerdoti licentiam ad assistendum matrimonio concedere, quia non est delegatus à delegato, sed ab Ordinario tacente, & consentiente in tali consuetudine, vt per absentiam vicecuratus alius ad breue tempus substituitur, vt bene Sanchez supra, quibus consentit Gaspar Hurtado disputat. 5. difficult. 10. num. 34. & 35.

9. Sed quid si Parocho interdictum sit ab Ordinario, vt illi Sacerdoti licentiam ad assistendum matrimonio concedat? Respondeo concessionem si fiat illicitam fore, validam tamen esse, dum prohibitionis non est adiectum decretum irritans, vt decimum à congregatione Cardinalium restatur Sanch. lib. 3. disp. 31. num. 2. Salcedo, cap. 7. sua practica §. prima igitur dubium. Zevall. quest. 604. num. 71. Gutier. cap. 67. pag. 161.

§. VI.

De pœnis Matrimonij clandestini.

- 1 Probabile est matrimonium omittis denunciationibus clandestinum non esse, nec subiectum pœnis. Sed oppositum est probabilius.
- 2 Pœna contrahentium clandestinè est quod filij illegitimi sint.
- 3 Requiritur esse matrimonium in gradibus prohibitis contractum.
- 4 Item, ut soboles suscepta sit durante inhabilitate, & clandestinitate.
- 5 Matrimonium clandestinum validum legitimat prolem.
- 6 Secunda pœna contrahentium clandestinè est ne coniux spoliata viro ei restituatur.
- 7 Tertia, ut matrimonium publicum preferendum sit clandestino.
- 8 Quarta ut spe dispensationis careant contrahentes, si in gradibus prohibitis contraxerint.
- 9 Quinta redduntur inhabiles ad sic contrahendum.
- 10 Subdantur gravi pœna arbitrio Ordinarij imponenda. Imo Index secularis sic contrahentes punire potest.
- 11 Qualiter exheredationis pœna afficiantur contrahentes clandestini.
- 12 Parochus, vel alius Sacerdos de cuius licentia assistens matrimonio omittis cultu abriter denunciationibus triennio suspendendus est.
- 13 Non est extendenda hac pœna ad Sacerdotes vagos absque Ordinarij licentia contingentes.
- 14 Ab hac trienniali suspensione nequit Episcopus absolvere, et si alij contrarium sentiant.
- 15 Parochus, vel alius Sacerdos assistens matrimonio non sibi subditorum, aut predictos sponso benedicens suspensus est: quousque Ordinario illius Parochi visum fuerit.

1. **P**Lurimum pendet decisio huius quaestionis ex his quae §. 1. diximus, quodnam sit matrimonium clandestinum? Nam si proprie, & in rigore clandestinum censendum sit, quod est praesente Parocho, & testibus celebratum, ut diximus illo §. 1. communi esse sententiam pœnis antiquo iure impositis in matrimonio clandestino affici dicendum est: sed quia praedictum matrimonium clandestinum non esse docuerunt Palacios in 4. d. 28. dist. 7. Petr. de Ledesma. q. 45. art. 5. Molin. r. 1. de iust. tract. 2. dist. 176. Gaspar Hurtado dist. 5. difficult. 22. Candelab. aureum. 1. p. num. 243. Idèd probabile est ab illis pœnis praedictum matrimonium excusari. Ex his sententis prior utpote communior nobis probatur, quam docent Sanch. alius relatis, lib. 1. dist. 3. num. 7. Henric. lib. 1. cap. 6. num. 2. Gutier. cap. 7. per totum. Basil. Ponces lib. 5. cap. 37. num. 6. Covinch. dist. 27. aut. 9. in fine. Moucor ex cap. fin. §. si quis verò, de clandest. desponsar. ubi clandestina coniugia appellatur, quae praetermissis denunciationibus contrahuntur, tamen si publice contractantur, quae contrahuntur absque solemnitate à iure requisiti, ut bene Bart. in leg. fin. ff. de ritu nuptiar. Neque obstat Concilium sess. 24. cap. 1. matrimonia clandestina irritans, & annullans, cum tamen celebrata praesente Parocho, & testibus omittis denunciationibus non irritantur, quia non irritant quodlibet clandestinum sed clandestinum absque ea solemnitate factum, tamen si coram omni populo fieret. Neque item obstat quod dicitur sess. 24. cap. 1. pœnam apponens contrahentibus in gradu prohibito non praetermissis denunciationibus, nullam clandestini matrimonij mentionem fecerit, quia non negavit: praeterquam quod id factum est, ut locus datur opinioni neganti proprie clandestinum esse, & in pœnam applicatam in casu cap. fin. incidere. Cum ergo ab antiquo iure recedendum non sit, nisi quatenus nouo sit expresse correctum, efficitur sane clandestinum matrimonium dici, quod omittis denunciationibus celebratum sit, quidem in Conc. Trident. non inuenitur expresse correctum. Hoc posito,

2. Prima pœna, quae contrahentibus clandestinè, hoc est omittis denunciationibus ipso iure apponitur, est illegitimitas filiorum, qui ex tali matrimonio concepti fuerint, si fortè contraxerint in gradibus ab Ecclesia prohibitis. Habetur expresse cap. fin. de clandest. desponsar. ibi: si quis verò huiusmodi clandestina, vel interdicta coniugia iure praesumpserit in gradibus prohibito etiam ignoranter, soboles de tali coniunctione conceptas proorsu illegitimas censetur de parentum ignorantia nullum habere substantium; cum illi taliter contrahendo non expertes scientia, vel saltem affectatoris ignorantia videantur. Pari modo proles illegitima censetur, si ambo parentes impedimentum scientes legitimum praeter omne interdictum etiam in conspectu Ecclesiae contrahere praesumpserint.

3. Circa

ratum. Et colligitur manifestè ex cap. 2. de matrim. contracto contra interdict. Eccles. Idem censio dicendum de licentia concessa Sacerdoti sub onere praemittendi denunciations, indagandi impedimentum, aliamve diligentiam praestandam, dum enim non additur decretum irritans, censeri debet praedictam diligentiam praestari non in vi conditionis, sed oneris, & obligationis maxime si sit diligentia, quam ius commune postulat, ut tradit Sanch. dist. 32. cap. 33. & Covinch. dist. 27. aut. 3. n. 37.

10. Ad extremum licentia semel data reuocari potest, at non est censenda reuocata, quousque reuocatio per epistolam, vel certum nuntium significata sit ei cui est licentia concessa, ut bene docuit Sanch. lib. 3. dist. 36. num. 9. Covinch. dist. 27. aut. 3. num. 32. vers. ser. d. Gaspar Hurtado dist. 5. dist. 13. in fine num. 45. Quod si aliquis post contractum matrimonium opponat Sacerdotem curis licentia, vel quia fuit reuocata, reuocatur probare, alias credi non debet, ut notat Mascard. de probat. concl. 982.

§. XIII.

De testibus pro matrimonio contrahendo à sacro Concilio requisitis.

- 1 Quid Concilium de testibus decernat.
- 2 Aliqui affirmant testes omni exceptione maiores requiri.
- 3 Oppositum omnino tenendum est.
- 4 Satisfundamento num. 2. adducto.

1. **S**acrum Concilium Trident. sess. 24. cap. 1. de reformat. Matrimonij exigit, ut simul cum Parocho, vel alio Sacerdote de licentia Parochi duo, vel tres testes assistant matrimonio contrahendo, alias contractus irritus, & nullus sit. Hos tamen testes necessarium non est esse rogatos, quia ea qualitas à Concilio non exigitur, ut bene notatur Gregor. Lop. leg. 1. verbo, in testigos, tit. 3. part. 3. Caldas Pereira de cap. 6. v. d. cap. 6. numero 22. Henric. lib. 1. cap. 3. numero 9. Sanch. lib. 3. dist. 41. num. 7. Gutier. de matrim. cap. 34. num. 7. Et cap. 5. in fine. Quinimo sufficiunt, quousque debeat, & repugnantes interficiant, modo percipiant contractum celebratum, sicut de Parocho diximus, quia ea vis non impedit, quin possint de matrimonio testari, ut tradit Zeual. in suo pract. quæst. 604. num. 82. Sanch. lib. 3. dist. 39. num. 9. Covinch. dist. 27. n. 44. Cenedo pract. & canon. q. 110. x. quæst. 30. num. 108. ad finem.

2. Dubium tamen est, an ij testes debeant esse omni exceptione maiores? Affirmat aliqui Neotherici, eo quod Concilium eorum praesentiam exigit, ut de matrimonio constet ex eorum testimonio, at testes minus idonei non plene probant. Quinimo saepe à testimonio dicendo repelluntur, ut sunt infames, aut alio vitio notati. Ut ergo fini Concilij fiat satis necessario testes omni exceptione maiores debent adhiberi, quales, ipe iure antiquo ad probationem matrimonij requiruntur, iuxta Textum in cap. ius et eod. 2. de testibus. Et leg. 1. §. 4. Et tradit alius relatis Mascard. de probat. concl. 103. num. 4. Anton. Gab. tom. 3. commun. 1. art. 1. lib. 1. tit. de testib. concl. 8. num. 3. vers. contrarium. Adde causa matrimonialis est causa ardua, & grauis, neque debet tractari per quocumque iudices ex Textu in cap. in fine, de conu. nuptiar. Et apponit. At in causa ardua non amittitur testis, cuius fides ob aliquam rationem infirmari possit. Cap. iud. §. quousquam n. 1. de probat. Ego.

3. Ceterum communis sententia, & omnino tenenda asserit, quocumque testes modo rationis vsum habeant sufficientes esse ad matrimonij valorem, illiusque probationem, tamen si qualia coguine, & parentes sint contrahentium, vel illorum fratrum, & familiares, vel esto sint foeminae, & infames, & excommunicati, quia Concilium solum exegit duorum testium praesentiam nulla illis addita qualitate, ergo non est à nobis addenda, maxime cum hoc decretum sit correctorium iuris communis, vbi nulla testium praesentia pro valore matrimonij requisita erat, ac proinde interpretandum est, ut quam minus fieri possit praedictum ius commune corrigat. Praeterea alio testes per se admittendi non essent ad matrimonium ob eorum vitium, & defectum, quia tamen admittuntur simul cum Parocho ex eius praesentia eorum vitium suppletur, ut multis comprobatur Anton. Gab. loc. cit. concl. 5. num. 1. Denique suppletur eorum defectus, quia regulariter sunt à contrahentibus electi, & rogati, ut ex communi sententia testatur Fariae. de op. s. contra testes, quæst. 54. num. 40. Et quæst. 62. num. 110. Sanch. dist. 41. num. 5. Gutier. cap. 44. num. 74.

4. Ex his facile soluitur oppositum fundamentum, testes namque requisiti à Concilio non sunt ad probationem matrimonij alias contracti, sed ad probationem matrimonij, cuius iura statuerunt, ideoque istudum est naturalis legi, quae cuiuslibet testimonio rationis vsum habentis contenta est. Adde eorum vitium ex praesentia Parochi suppleri.

3. Circa hanc pœnam adverte requiri matrimonium esse inualidum, vt constat ex illis verbis *si quis in gradibus prohibitis*. Aliquibus tamen placet ex quocunque capite hæc nullitas proveniat hanc pœnam habere locum.

Nam esto in prædicto cap. fin. solum apponatur pœna contrahentibus in gradibus prohibitis, ratio verò decidendi eadem est in quocunque impedimento, quod per denunciations manifestari poterat, cum parentes censeantur affectatores ignorantie, si impedimento aliquo ligati, quod denunciations agnosci poterat contrahant omitentes denunciations. Secundo *ca. 2. & 14. Qui filij sint legitimi* deciditur eos legitimos esse, qui bona fide saltem vnus coniugis suscepti sunt, & in facie Ecclesie. Taciend ergo à legitimitate excluduntur filij qui mala fide suscipiuntur, vt contingit in his qui omisis denunciations impedimento ligati contrahunt. Atque ita tenet Coninch. *disp. 27. dub. 9. à n. 77. Sanch. lib. 3. disp. 42. num. 4.* Sed rectè vs Basil. Ponce. *lib. 5. de matr. c. 37. numer. 7.* censeat hanc pœnam illegitimitatis solum habere locum in contrahentibus clandestinis in gradu prohibito, scilicet consanguinitatis, vel affinitatis, quia Textus in dicto c. fin. id tantum expressit, & pœnæ extendendæ sunt, tametsi eadem ratio procedat. Neque obstant Textus in contrarium allegati. Fateor namque esse iudicandos legitimos, qui bona fide patrum suscepti sunt, inde tamen solum inferri potest omnes susceptos mala fide parentum illegitimos esse censendos, sed non eos qui ex mala fide præsumpta suscipiuntur, quales sunt suscepti omisis denunciations à parentibus qui credebant nullum impedimentum subesse.

4. Secundo nota ad prædictam pœnam incurrendam requiri sobolem susceptam esse de tali coniugio inualido durante inhabilitate, & clandestinitate. Si enim tollitur clandestinitas, quia publicatur nimirum matrimonium, & insuper per sententiam ab Ecclesia validum iudicatur, filij nati post talem publicationem, & approbationem legitimi esse censentur, etiamsi forte postmodum derogatur impedimento, quia casu, & per accidens antea detectum non fuit, habetur expressè *cap. quod nobis, qui filij sint legitimi. ibi: Si qui de matrimonio clandestino postmodum ab Ecclesia comprobato nati fuerint, eos legitimos iudicet filios, & heredes, id est si generati fuerint, aut nati ex clandestino matrimonio, ab Ecclesia tamen tempore conceptionis, vel natiuitatis vt valido comprobato.* Ec. *cap. 2. de clandest. despo. sat.* inquit Textus. *Verum si personæ contrahentium hæc voluerint publicare, nisi rationabilis causa præcedat ab Ecclesia recipienda sunt, & comprobanda tanquam à principio in conspectu Ecclesie contracta.* Quod si obicitas filij nati à coniugibus impedimenti conscis etiamsi publicè contrahant, & ab Ecclesia eorum matrimonium postmodum per dispensationem approbetur, non efficiuntur legitimi, quia tempore conceptionis, vel natiuitatis non poterant validè contrahere *cap. 1. antea, qui filij sint legitimi.* Sed qui prætermisissis denunciations inualidè contraxerunt tanquam conscis impedimenti iudicandi sunt, cum mala fide, & ignorantie affectatores processerint. Ergo quantumcumque postea eorum matrimonium ab Ecclesia approbetur, filij inde nati non sunt iudicandi legitimi impedimento detecto. Neganda inquam est consequentia, & ratio differentia est, quia matrimonium illorum qui conscis erant impedimenti tam de facto, quam secundum eorum existimationem inualidum erat. Secus verò matrimonium illorum, qui ignorantibus in gradibus prohibitis contrahunt, quia saltem quoad eorum existimationem esto culpabilem validè contrahunt. Quapropter nihil mirum si talis defectus approbatione Ecclesie suppleatur, à qua similia matrimonia, vt inquit Textus in *cap. 2. de clandest. despo. sat.* recipienda sunt, & comprobanda, nisi rationabilis causa præcedat, hoc est nisi aliquod impedimentum tali approbationi offeratur.

5. Tertio est notandum, matrimonium clandestinum validum legitime prolem susceptam à parentibus, qui tempore conceptionis, vel natiuitatis proles habiles erant ad contrahendum; quia in *supradicto cap. fin.* solum redduntur illegitimi filij, qui ex matrimonio clandestino in gradibus prohibitis suscepti sunt. Quod extendendum non est ad casum dissimilem, vt pluribus comprobatur *Sanch. lib. 3. disputat. 44.*

6. Secunda pœna contrahentium clandestinè ex iure antiquo est, ne coniux spoliata à viro ei restituatur ante omnia. Nam esto regulariter spoliatus debeat ante omnia restitui *cap. ex conuisione. Capite litteras de restitut. spoliat.* at in pœnam clandestinitatis hoc beneficio priuatur iuxta Gloss. *verbo legitime, in cap. ex transmissa, de restitut. spoliat.* & tradunt ibi Doctores apud Sanchez *dict. lib. 3. disputat. 45.*

7. Tertia est vt matrimonium publicum præferendum sit clandestino, nisi hoc efficaciter probetur. Sed huic duplici pœnæ posito Concil. Trident. ferè non est locus, nam si matrimonium contractum est absque Parocho, & testibus cum matrimonium non sit, nunquam spoliat restitendus est, neque eius matrimonium præferendum. Si verò, & testibus

præferendum. Si verò, & testibus præsentibus sic celebratum, esto omisis denunciations autè omnia coniux alteri restituitur; neque aduersus hoc matrimonium legitime probatum aliud quodcumque postea subsequens vim habere potest.

8. Quarta pœna contrahentium clandestinè, hoc est absque præuis denunciations præsentibus tamen Parocho, & testibus à Concilio requisitis est, vt sepe dispensationis careant, si forte in gradibus prohibitis etiam ignoranter contraxerint, quia vt inquit Concil. *sess. 24. cap. 5. de reformat. matrimonij.* Non est dignus qui Ecclesie benignitatem facile experiat, cuius salubria præcepta contempnit. Quod sic debet intelligi, vt Pontifex non censendus sit dispensatus ex qualibet causa, sed graui, & virginti, ne gubernationi communi Ecclesie præiudices, cui conuenit se in hac parte dilectum ostendere, idè quod dispensandus debet mentionem talis delicti facere, talis dispensatio impetrata non erit vt bene Sanch. *disp. 45. num. 3.* Coninch. *disp. 27. dub. 9. n. 81.* Gutierrez. *de matr. cap. 7. §. num. 2.*

9. Quinta pœna contrahentibus clandestinè absque Parocho, vel testibus statuta à Concilio *sess. 24. cap. 1. de reformat.* vt inhabiles sint ad sic contrahendum, hoc est ad contrahendum eo clandestino modo. Quare si volunt postmodum publicè, & iuxta Ecclesie ritum contrahere, non est dubium, quin habiles existant, vt pluribus firmatur *Gutierrez. cap. 7. §. num. 4.* Sanch. *suprà, disp. 46. n. 2.* Basil. *lib. 5. cap. 37. n. 13.* Coninch. *disp. 27. dub. 9. num. 80.*

10. Insuper subdanti graui pœnæ arbitrio Ordinarij imponendæ, ita vt Ordinarius sub graui culpa eos punire teneatur, vt constat ex illis verbis Concilij, quæ præceptum significat. Necnon & ipsos contrahentes arbitrio Ordinarij grauius puniri præcipit, & notantur Sanch. *dicta disp. 46. numer. 7.* Gutierrez. *cap. 7. §. num. 3.* & 9. Coninch. *dub. 3. num. 3.* Quinimo non solum Ordinarius, sed etiam Index secularis potest prædictos contrahentes punire, sicuti relatis *Gutierrez. Azuero, & alius* docuit Sanch. *d. lib. 3. disp. 54. num. 4.* eo quòd secularis Index habet iurisdictionem in personam, & ex alia parte constat de delicto. Si verò necessarium fuerit prius cognoscere, an contrahentes clandestinè contraxerint, placet Couarui. *4. decret. 2. part. cap. 8. §. fin. num. 2.* cognitionem remittendum esse Iudici Ecclesiastico. Sed oppositum est satis probabile, nam esto causæ matrimonialis cognoscitur per se solum Episcopis concedatur: attamen eum cognoscere non est de iure, sed de facto, an scilicet clandestinè contraxerint, non est cur laici hæc potestates denegentur. Non eum ipsi cognoscunt, an validum sit matrimonium, vel non, vel quale matrimonium clandestinum sit dicendum, sed his positis, ab Ecclesiis definitis procedunt inquirentes, an contractum sit matrimonium contra Ecclesie statuta? Unde quæstio per se non est de iure, sed de facto; in qua quæstione vt inquit Sanch. *loc. cit.* potest Index secularis ferre sententiam.

11. Ultra prædictas pœnas clandestinè contrahentibus impostas iure civilis regio addit exhereditatio, quam facere possunt parentes filijs sic contrahentibus, sicuti habetur *leg. 4. de Testam. quæ est lex 1. tit. 1. lib. 5. noua recopil. ibi: [y] puedan desheredar si quisieren a sus hijos, y hijas, que tal matrimonio [hoc est] el que la yglesia hubiere por clandestino contractado.* Circa quam legem notandum est, ob matrimonium absque Parocho, vel testibus celebratum non incurri hanc pœnam, sed in partibus, in quibus Concilium Trident. receptam esse quia esto sit clandestinè factum, non tamen est matrimonium, ac proinde non habet effectum; paria enim sunt non esse, & esse nullum, *leg. duo sunt Titij. ff. de Testament.* & quod de iure non sortitur effectum, non præstat impedimentum. *Reputat non præstat, de Reg. iuris in 6.* Et tradit Sanch. *lib. 3. de matr. disput. 2. §. 47. per totam.* Gutierrez. *lib. 2. pract. qq. 1. §. 1. p. 1.* Vnde hæc pœna solum habet locum stante opinione communi asserente matrimonium celebratum coram Parocho, & testibus omisis denunciationsibus esse, dicitur ab Ecclesia clandestinum. Nam eo casu filij sic contrahentes exhereditarij possunt à parentibus. Quod tamen intelligendum est, scilicet quæ parentum consensu matrimonio copulentur. Hæc enim lex non tam pro clandestinitate statuta est, quàm quæ recentia debita parentibus contempna fuerit eo contrahentibus modo. Quocirca, si aliqua causa virget, ne hæc licentia à parentibus possuletur; eo quòd parentes malitosè matrimonium impediens, non poterit filius, aut filia exhereditarij bene Sanch. *d. disp. 47. n. 8.* Gutierrez. *suprà.* Hæc exhereditatio filiorum potest à parentibus ante iudicis sententiam si non habebit effectum, quousque ipsi parentes, vel eorum heredes probent habuisse causam legitimam exhereditandi, vt patet *ex leg. 10. tit. 7. part. 6.* ibi. [Ha mensest que quando el padre quisiere que vala su testamento, o hubiere sabor de desheredar a su hijo que mueltre raçon porque lo face: pero no debe ser creido a menos de lo probar el mismo o a aquellos que estableciere por herederos.] [Hæcque de pœnis contrahentium clandestinè.]

12. Parocho autem, vel alteri Sacerdoti de eius licentia assilenti matrimonio omittis culpabiliter denunciationibus triennalis suspensio ab officio iudicanda est ex Textu in c. fin. de claudesi. de sponsar. ubi suspendatur, quod verbum non latam sententiam, sed ferendam indicat, vt aliis relatis probat Sanch. disp. 48. num. 2. Gutier. c. 73. num. 13. Basl. lib. 5. cap. 37. n. 11.

13. Eandem pœnam extendit Sanch. quotiescunque in matrimonium à iure interdicto, quæ est si vagos absque Ordinarij licentia coniungat, contempseritve similes conditiones impedire. Sed oppositum verius credo nam Textus in c. fin. tantum loquitur de matrimoniis, quæ ob suspicionem impedimenti dirimentis interdicta sunt. Illud verò tenendum omnino est prædictam pœnam suspensionis non incurere Parochum, vel alium Sacerdotem matrimonio assilenti abique sufficienti numero testium, quia non assilenti matrimonio cum nullum sit, sed loco suspensionis in dicto c. fin. imponitur arbitrio Ordinarij puniendus est, vt optimè aduertunt Sanch. Gutier. Basl. & Coninch. loc. cit.

14. Ab hac autem triennali suspensione ab Episcopo imposta posse ipsum Episcopum absolueri docuerunt Hostiens. Ioann. Andr. n. 11. Præp. n. 12. Bartholom. à Led. dub. 21. de matr. post 6. concl. Tum quia Episcopus eam imponit, commune autem est censuram tollere posse qui eam imponit. Tum quia non est referata in d. c. fin. A censuris autem non referatis potest Episcopus absolueri ex Textu in c. super de heret. excommunic. Tum denique quia ita Trident. sess. 24. c. 6. de reform. conceditur Episcopis potestas, vt ab omnibus censuris etiam referatis Summo Pontifici possint absolueri in foro conscientie. Sed reclusi alij Doctores hanc potestatem Episcopis denegant, vt pluribus comprobant Sanch. lib. 3. disp. 1. n. 2. Gutier. c. 73. n. 22. Basl. Ponce, lib. 5. c. 37. n. 11. eo quod illa suspensio triennalis à Concilio generali lata sit, ac postmodum ab ipso Concilio præfixum est tempus, quo suspensio durare debet. Nequit ergo Episcopus qui inferior est legem à Superiore latam relaxare. Secus verò est in censuris in illo determinato tempore præfixis, in quibus Episcopus dispensare poterit, quia nihil contra Superioris legem agit, cum Superior solum tulerit censuram, non autem declarauit tempus, quo deberet ligari. Et ex his soluitur ratio dubitandi: non enim ab Episcopo lata est triennalis suspensio tanquam à principali, sed tanquam à ministro Concilij generalis, idcirco nequit eam relaxare, neque in omnibus censuris potest dispensare etiam sponte Trident. concessionem, sed solum in his, quæ nec publica fuerint, neque ad forum exterius deductæ: hæc triennalis suspensio cum non incuratur ipso facto, sed per sententiam Iudicis, iam est censura publica, ad forumque exterius deducta.

15. Verum si Parochus, vel alius Sacerdos sine legitima facultate matrimonio non sibi subditorum assilant, aut nuptias sponfos benedicere ausus fuerit, tam diu suspensio est ab officio, & beneficiis quousque Ordinario illius Parochi qui debebat assilente visum fuerit, vt expressè habetur in dicto de c. Trident. Et tradunt Sanch. Gutier. & Coninch. supra. Aqua suspensione excusat ignorantiam modè crassissima non habet vt bene Sanch. num. 7. Gutier. num. 6. Testes verò assilentes matrimonio absque Parocho, qui assilentes matrimonio in quo denunciationes fuerint culpabiliter omittit arbitrio Ordinarij puniendi sunt, vt bene tradit Sanch. disp. 46. n. 7. Gutier. cap. 73. num. 22.

3 Illicium fuit à principio plures habere uxores, tametsi in lege antiqua fuerit dispensatum.

4 Qualiter hæc dispensatio subsistere potuit?

5 Lege Evangelica abrogata est concessio plurium uxorum.

1. Vnitati matrimonij non obest, quòd dissoluto vinculo matrimonij morte vnus coniugis aliud matrimonium contrahatur quia ille contractus est vnus cum vna, verumque habet illud Genes. 2. Erunt duo in carne vna, sicuti pluribus exornatur aduersus aliquos hæreticos Bellarm. lib. 1. de matr. c. 9. Sanch. lib. 7. disp. 81. Coninch. disp. 26. dub. 1. n. 2. Paul. Laym. lib. 5. sum. tract. 10. 3. p. c. 6. q. 2. Neque his obest quòd secundis nuptiis denegentur benedictiones, non enim denegantur, quia illicite sunt, sed ne repetita benedictiones valeant. Neque item obest quòd in Concil. Laodiceno, can. 1. imponatur penitentia ad secundas nuptias transuentibus, quia hæc imponitur ob eorum præsumptam intemperantiam. Neque denique obest, quòd sic transuentes afficiantur irregularitate, ea namque afficiuntur, quia eorum matrimonium deficit à perfecta significatione coniunctionis Christi cum Ecclesia. Quare vnitati matrimonij solum obstat, si vir vnus plures uxores simul habeat, & à fortiori si vnica vxor plures viros.

2. Et licet aliqui hæretici licitam esse polygamiam plurium vxorum simul asserant: at Catholica veritas definita in Trident. sess. 24. can. 2. id non permittit, inquit enim Trident. Si quis dixerit licere Christianis plures simul habere uxores, & hoc nulla Diuina lege esse prohibitum, anathema sit. Quippe Christus Dominus Marth. 19. decidit adulterum, qui cum prima vxore aliam duxerat, non esset adulter, si vniuersa prima vxore plures ducere posset, sicuti tradit Bellarm. lib. 1. de matrim. c. 10. Gregor. de Valent. disp. 10. min. lib. 1. de matrim. c. 10. Gregor. de Valent. disp. 10. min. & alij communiter.

3. Quinimo ex Diuina lege à principio mundi publicata illicium fuit plures simul habere uxores, vt constat ex illo Geuec. 2. Erunt duo in carne vna, si enim vir plures habere simul uxores posset, non dicitur plures in vna carne diuidentur, vt optimè colligit Innocent. III. in c. gaudentes 8. de diuortis. In qua lege, cum Israëlita populo dispensatum fuit, eo quòd exigua erat, vt multiplicaretur. Vt supponitur Deuter. 21. Et colligitur tum ex dicto c. gaudentes, de diuortis, tum ex exemplo Isaac, Iacob, David, alisque sanctissimis Patriarchis, qui plures simul uxores habuerunt, quòd nullatenus noceret, si aduersus legem Diuinam procederent, vt latènter tradit Hieronym. in epist. ad Oceanum. Et August. in 3. de doctrina Christiana, c. 12. & habetur c. obiciuntur. 32. Neque his obest, quòd sola vnica appelletur vxor, reliquæ verò concubinæ dicantur, quia id factum est, vt indicaretur primam assumptam esse tum ad proles generationem, tum in familiæ gubernationem; reliquas verò solum ad prolem generandam. Præterquam quòd sæpè concubinæ uxores appellabantur, vt constat ex illo Genes. 16. & 25. n. 1. & 6. & Iudic. 19. vbi vnica vxor Leuitæ concubina dicta est. Exemplo igitur Israëliti podali gentes plures accipiebant uxores, non quia cum illis esset dispensatum, sed quia licitum sibi esse credebant ob Israëliti populi exemplum, vt colligitur ex c. 26. & 28. Genes. & notat August. lib. 16. de ciuit. c. 38. & lib. 21. contra Faustum, c. 47. de quo Coaruu. 2. p. decr. c. 7. §. 3. à n. 1. Sanch. lib. 7. disp. 80. à n. 1.

4. Difficultas autem est. Qualiter hæc dispensatio potuit subsistere? Nam esto aliqui Doctores, vt Abulen. 1. Reg. cap. 8. q. 2. Durand. in 3. dist. 3. q. 1. Palacios ibi, disp. 1. Caiet. c. 16. in Genes. & 1. ad Tim. 3. in illa verba: Oportet Episcopum esse vnus vxoris virum. Et Marc. 10. Quicumque dimiserit vxorem, &c. Venerim. 2. p. specul. art. 15. censent non naturali lege, sed tantum Diuina pluralitatem vxorum interdicti, quibus tenet August. lib. 16. de ciuit. Dei c. 38. dum inquit pluralitatem vxorum nulla lege fuisse prohibitam scilicet naturali: a tamen eorum sententia defendit non solum Diuinam lege, sed naturam pluralitatem vxorum prohiberi, vt videtur est apud Coaruu. 2. p. c. 7. §. 3. Bellarm. lib. 1. de matr. c. 106. n. 1. Coninch. disp. 26. dub. 2. à num. 13. Basl. Ponce, lib. 7. cap. 46. à num. 2. Paul. Laym. lib. 5. tract. 10. 3. p. c. 6. q. 2. Gasp. Hurado disp. 9. difficult. 1. n. 3. & alios: & colligitur ex c. gaudentes de diuortis, ubi: Nemini vnquam licuit plures habere uxores, nisi cui fuit ex Diuina reuelatione concessum. Quippe pluralitas vxorum libidinem fouet, vt de se constat proles generationem minuit sæpè, vt contingit in Salomone; concupiscentia vxoris non satis consulit, cum vir in alias diuisus minus potens sit debitum reddere; socialem cohabitationem labefaciat: non enim integrè cum viro domina, & gubernatrix familiæ constituitur, rixas, discordiasque inter uxores excitat: tum ob zelum typiam amoris, tum quia quælibet prætetendat domus gubernationem integrè sibi deberi: tollit æqualitatem huius contractus; siquidem quælibet vxor integrè se tradit viro, secus vir cum

DISPUTATIO III.

De bono coniugij, illiusque ratione.



ONIVGVV plura secum affert bona, de quibus S. August. librum edidit, cuius titulus est de bono coniugij, ea tamen sub iis capitibus comprehenduntur, quod sit vnus non plura, illudque insolubile, aptum ad sobolem gignendam, concupiscentiam sedandam, pariens obligationem coeundi, similitudine habitandi. De quibus omnibus sigillatim dicemus, ac tandem qualiter matrimonium, quod à principio irritum, & nullum factum est, ratificari possit.

PVNCTVM I.

De vnitare Matrimonij.

1 Vnitati matrimonij non obstat, quòd dissoluto vinculo per mortem aliud contrahatur.

2 Vnitati matrimonij obstat pluralitas vxorum.

padre, o fígale maldad de su cuerpo [Et] leg. 1. extenditur ad filios. Verum leges hae per 1.8. tit. 7. part. 6. cotre ete sunt, si quidem ibi dicitur. [Mas] si por alguna otra raçon qualquier que no fuele de las sobredichas en estas leyes des heredade el padre a su hijo, nouladria el tal dosheredamiento. Et ita tenet Sanch. lib. 4. disp. 2. Molin. Theol. tract. 2. de iustit. disp. 176. pag. 109.

13. Dubitant autem Doctores, & merito, An leges hae, & aliae similes loquentes de penis appositis contrahenti matrimonium contra rationabilem voluntatem parentum iure Canonico sint abrogatae. Affirmant abrogatas esse Panormit. alisque rellatis Couarru. 2. p. de matr. cap. 3. §. 8. num. 5. Cuiac. de format. cap. 6. Azor. 1. p. lib. 5. iustit. cap. 2. §. pag. 473. Sanch. lib. 4. disp. 2. §. num. 2. Vazquez disp. 4. de matr. cap. 2. numero 24. Galpar Hurtado. disp. 6. de iustit. §. num. 35. Moutentur, quia ius Canonicum summam libertatem in matrimonio contrahendo requirit, idcirco penam sponsalibus appositam annullat. *de sponsal. de hereditate* autem grauiissima pena est libertati matrimonij maxime obstant. Præterea condere leges circa matrimonium, & de illarum obseruatione iudicium ferre potestatis Ecclesiasticae est, non civilis. cap. 1. cum de Ordine cogniti. & capite causam et 2. Qui filij sint legitimi. cap. de sponsalibus.

14. Verum contraria sententia mihi probabilior est, quam defendunt Iohannes Clarus *pract. q. 82. num. 12.* Sotus *in 4. d. 29. q. 1. ad 4. An. Gomez ad leg. 1. §. 1. num. 2.* Molina *Ieluita part. 2. de iustit. disp. 176. num. 24. pag. 103.* Ferdinand. Rebell. *de matr. qui §. 14. sect. 3.* Petr. Gregor. *lib. 1. Ferd. agn. cap. 3. num. 21.* Basil. Penca. *lib. 2. de matrim. cap. 1. numero 29.* & alij plures ab eisdem relati Moueoz, qui appositio penae filiae nubenti contra voluntatem parentum rationabilem, maxime si nubit indigno, & luxurioso vitam degat, non est causas matrimoniales iudicare, neque matrimonij contractum impedire, sed bono filiorum prouidere, & coniugij abusu impetire, inimicitias, odia, & dissensiones vitare, quae regulariter ex matrimonio contra voluntatem parentum intro omni solent. Adde hanc exheredationem non penam, sed penam negationem esse iudicandam, quippe filius iure naturae solum debent alimentaria, quae illis ad vitam necessaria funtione: hereditas autem, & successio iure positivo est introducta. Merito ergo ius ipsum positiuum praedictam successio nem denegare potest filius voluntati parentum iusta in re tam graui contradicentibus, si uel solent maioribus denegari iis qui impares nuptias contrahunt.

15. Hinc contraria ratio soluta manet, nam est exheredatio penam sit, non tamen est constituta ad impediendum matrimonium, sed ad impediendum illius abutium. Neque Textus in *cap. summa, de sponsal.* nobis aduersatur, ibidem prohibetur pena conuentionalis apposta recedentibus a matrimonio vtrouque contracto, ex qua prohibitione non licet inferre prohibitam esse penam appositam nubentibus contra naturam voluntatem parentum, quia haec appositio penae nullum matrimonio praedictum affert, sed potius eius finem promouet, & contrahentium bono, Reipublicaeque paci consulit.

16. Causae autem iustae, ut filia a parentibus exheredari possit, sufficienter ut ei alimenta denegentur, praeter ea quae ad vitam sustentationem sunt necessaria, ut recte docuit Molina *de iustit. disp. 16. §. in fine. & disp. 176. n. 20. pag. 109.* Quinimo tenent Molina *Turista, lib. 2. de primogen. cap. 16. num. 3.* & probabile reputat Sanch. *lib. 4. disp. 26. num. 1.* licitum esse praedictae filiae alimenta denegare. Sed rectius Couarru. *de iustit. p. 2. §. 6. n. 17.* Sanch. *lib. 4. de matr. disp. 26. n. 1.* Molin. Theolog. *supra.* Gutier. *de matr. cap. 79. num. 4.* contrarium firmiter, et quod alimenta iure naturae debita sunt quae denegari non debent ob id quod licite filij praestare possunt.

17. Filiae vero minori 25. annis nubenti absque patris consensu, & sine promissione dotis non tenetur pater dotem constitutere, et si digno nubat, si aliunde habet bona, quibus sustentari possit, ut probabiliter defendit Couarru. *2. p. decret. cap. 3. §. 8. num. 8.* Sanch. *disp. 26. num. 17.* Colligiturque ex *leg. 8. tit. 1. part. 4.* Eo quod tuerentiam debitam patri non habuit. Sed contrarium satis probabile est, siquidem dos non solum ad vitam sustentationem conceditur, sed ut onera matrimonij portari possint facilius iuxta Textum in *cap. salu. vtr. de iustit. de usuris.* At pater tenetur dotare filiam, etiam si aliunde habeat alimenta, & dotem non promiserit, ut docet Glossa in *cap. de rapto. vtr. in fine §. 6. q. 1.* & decidi videtur *leg. 8. tit. 1. part. 4.* ibi: [El] padre quando casa suya en su poder, quier aya ella algo de luyo o de otra parte o non teniendo es el padre de la casa, e de la dotar. Ergo ipsa nubens digno recte negotium patris gessit, fecit enim quod ipse pater facere tenebatur. Non ergo conuenit potest de matrimonio contracto ad filiam absque eius consensu, & consequenter nec penam priuationis dotis luere debet.

18. Verum si filia maior sit 25. annorum, etiam in digno absque patris consensu nubat, tenetur pater eam dotare, quia ipsi patri tribuendum est quod indigno nupsit, cum tam

longo tempore matrimonium distulerit: fauetque lex regia *5. tit. 7. part. 6.* Et tradit aliis rellatis Sanch. *dicta disp. 26. num. 17.* Quod tuerentiam limitandum, ut solum concederetur dos necessaria ad vitam sustentationem tam ipsius, quam viri, quia licet culpam metalem in contrahendo matrimonio cum indigno non commiserit, ac commisit civilem, & polinca graui nota parentem, & familiam afficiens, ob quam causam merito potest priuari alimentis, & dote, quae nec promissa est, nec iure naturae debetur, ut bene iudicat Sanch. *num. 18. in fine.* Vide Couarru. & Gutier. & Molinam *loc. alleg.*

PUNCTVM XIII. De matrimonio clandestino.

§. I.

Quid sit matrimonium legibus Ciuilibus, Ecclesiasticisque punitum?

- 1. Duplex est species matrimonij clandestini.
2. Quae sit differentia inter has species?
3. Matrimonium omnis denunciacionibus culpabiliter celebratum penae clandestini matrimonij iussit.

1. ET si aliqui Canonista plures species matrimonij clandestini enumerent, verior sententia affirmat solum duplicem speciem legibus ciuilibus, & Ecclesiasticisque punitam enumerandam esse, nempe si matrimonium fiat sine Parocho, vel testibus, vel si fiat omnibus denunciacionibus, ut bene comprobant Sotus in 4. d. 18. q. 1. art. 1. paulo post princ. Salzedo in *pract. crimin. 2. §. in princ.* Sanch. *lib. 3. disp. 1. n. 3.* Gutier. *lib. 2. pract. q. 4. num. 17.* & de matr. c. 5. num. 1. Coulin. *disp. 27. in princ.* Neque ab hac clandestinitate excusatur matrimonium publice celebratum si ei Parochi, vel testium praesentia, denunciacionumve praemissio desit, quippe est factum omnibus a iure requisitis, quod sufficit, ut clam factum esse dicatur iuxta doctrinam Barr. in *leg. in 3. princ. vers. qualiter ff. de ritu nuptiar.* Et tradit Glossa *cap. fin. verbo, clandestina, de clandestina. dispensat. sit cap. 2. verbo publice. Qui filij sint legitimi.* Et docuit Gutier. *lib. 2. pract. q. 4. sub num. 3.* Et de matr. *cap. 5. num. 7.*

2. Inter has species clandestini matrimonij duplex est differentia; Prima, & praecipua, quod matrimonium sine Parocho, vel testibus contractum illis in locis, in quibus non habent Concilium publicatum est nullum est, & irritum; secus vero contractum omnibus denunciacionibus. Secunda differentia est, quod penae impositae tum in *leg. 49. Tauri exheredationis*, quae est *lex 1. tit. 1. lib. 5. recopilat.* tum in aliis antiquis [Textibus] de *clandestina dispensat.* locum non habeant comparatione matrimonij clandestini, quod nullum est, quia spectabant matrimonium clandestinum, quod verum matrimonium esset, non vero matrimonium quod nullum est, nullamque obligationem parit, ut recte considerant Did. Perez, *1. tit. 1. lib. 5. ord. §. item solent.* Palaços *Rubios leg. 49. Tauri. n. 3.* & 4. Et ibi Castillo *n. 17.* Matienzo *leg. 1. tit. 1. lib. 5. recopilat. gloss. 7. in fine.* Et ibi Azucedo, *n. 46.* Molina *de iura. t. 1. tract. 2. disp. 179. §. obserua.* Sanch. *lib. 3. disp. 2. num. 5.* Gutier. *lib. 2. pract. q. 4. n. 1. n. 1.* & de matr. c. 5. num. 3. aduersus Gratian. *reg. 83. num. 11.* & *reg. 194. num. 9.* Zeuallos in *pract. qq. q. 5. numero 13.*

3. Matrimonium vero praesente Parocho & testibus celebratum omnibus culpabiliter denunciacionibus, quia ex communi sententia clandestinum est, penas omnes contrahit, quae matrimonio clandestino iure antiquo impositae erant, ut colligitur ex *cap. fin. §. si quis vero de clandest. dispensat.* ibi enim matrimonium clandestinum appellatur, cui monitiones non praemittuntur. Neque a Concilio Trident. hac in parte aliquid mutatum est, quin potius confirmatum *cap. 1. §. 1. sess. 24. de reform. matrim.* illis verbis: Et Lateranens. Concilij vestigiis in heredo. Et tradit aliis rellatis Sanch. *lib. 3. de matr. disp. 1. num. 7.* Gutier. *lib. 2. pract. quaest. 4. num. 8.* & *de matrim. cap. 55. num. 5.* Quapropter filij nati ex praedicto matrimonio illegitimi censendi sunt ex Textu in *cap. cum in iudicio. §. si quis vero, de clandest. dispensat.* sicuti pluribus rellatis docet Zeuallos in *his qq. pract. q. 697. num. 4.* Sanch. *lib. 3. disputat. 1. num. 12.* Gutier. *cap. 55. de matrim. num. 8.* Sed vide quae diximus 2. part. tract. 13. de beneficiis. disp. 4. punct. 1. §. 1. Et *leg. 1. & quae sunt dicenda §. vlt. huius Puncti.* vbi de penis clandestini matrimonij.

Dixi omnis culpabiliter denunciacionibus, quippe si ex dispensatione Episcopi, vel alias ob causam vrgentem omni tranatur, matrimonium clandestinum censendum non est, nec clandestini matrimonij penis afficiendum, ut bene aduertit Sanch. *lib. 3. disp. 1. n. 1. num. 3.* Gutier. *de matrim. cap. 55. num. 4.*